

2
tel
90

DECALOGI

SIVE DECEM

PRAECEPTORVM PIA MAXIMÈ

disertissimaq; exegetis: Autore

Arnoldo Vesaliensi.

Cum nonnullis alijs, quæ uersa pagella
indicabit.



COLONIAE Martinus Gymnicus ex-
cudebat. Anno M. D. L.

CONTENT A.

Decalogi exegesis.

De cultu & ueneratione Sanctorum adfertio.

De Diuorum inuocatione.

De Diuorum reliquijs.

Elegia de passione Christi.

De uitando iuramento: & quatenus iurare per-
mittatur.

Modus confitendi peccata.

Confessio cuiusdam uiri sancti.

Psalmus VII.

Psalmus LI.

Carmine descripti.

Psalmus CXIX.

Oratio Dominica.

Symbolum Apostolorum.

Carmine.

Decalogus.

GENE SISSIMO, ORN

moq; uiro D. Reinhardo Comiti
Domino à Vestenburch, metrop
Colonien. Decano maiori: Mogun
ren. canonico capitulari, commu
dioforum, patrono suo precij
noq; gratiosissimo Ioan. Ne
gus S. P.

omen autoris. O
ellum etiam bre-
sus, quò uelex
nale studiosorum
natio nostro
X. mense

A § Re-



TSI bono
rum omni
pmodū, s
tanto mce:
Vesaliense
summatim
tissimum,

indignissimum fatum abstulit, C
Decane per uigilantissime, ut uia
onem parē arbitrare ad dolori
nem: tanta enim fuit non modò c
tudinīs, quæ ei iam domi tuæ a
necessitudo: sed consiliorum fact
fides atq; conscientia, ut neuter
fata flectere posset, eripi debui
pra uulgares consolandi ratioe

PISTOLA.

CO

*re potest, quod non uniuersum
 re ualuit mors. Si enim (quod
 Decalogi exegesis uirtus post cineres uiuere sola fa
 De cultu & uenebijt, sed uiuit ipse sibi superstes
 De Diuorum inud quam postliminio redeundi nul
 De Diuorum relicta relictæ est. Igitur ut liberi, qui
 Elegia de passione uirtute non degenerat, paren
 De uitando iuran solent: ita me hercule quiquid li
 mittatur. uero reliquum est, quod à doctis
 Modus confitend efflagitatur, quanto ipse maio
 Confessio cuiusda hanc laudem nominis sui semper
 Psalmus VII. stia solatio, & studiosis præsi
 Psalmus LI. At eò quidem magis, quod horu
 Psalmus CXIX. nostræ religionis iam multum
 Oratio Dominica eram piamq; defensionem requi
 Symbolum Aposto Comes præstantissime, eius er
 Decalogus. dnam amicitia mutuaq; uestra
 am uniuersam uiri lucubrationi
 edendisq; deberi existimabis:
 a cum uita nobis erepta uidea
 lem fama est, eum omne tempus
 is non impendebatur, totum ad
 ulisse. Ex quo labore hic libel
 quem nuper domi tuæ diligen
 tibus legendum dederas, prælo
 im Christianæ politia uiuendi
 Adiectus est quoque de Diuo
 breuis adsertio: quam ipse olim
 bleo Theologo publicandam,
 acce=*

EPSTOLA.

accepta fide, ut detraheretur nomen auctoris. O
singularem modestiam. Nos libellum etiam bre-
uissimum ἀδικον esse passi non sumus, quò uel ex
nomine plus fidei adquirat. Vale studiosorum
omnium Meccenas, ex Gymnasio nostro
Montano. M. D. XXX. mense
Februario.

A 3 Re-

REVEREN DO ET ILLUSTR

Domino D. Hérico Reus de Plauen, metropolitanae ecclesiae Coloniensis. Decano &c, Patrono & mecenati suo gratioso Arnoldus Vesaliensis. S. D.



*F*acit tua gratia, reuerēde et illustris Decane, mira comitas: facit morū cādor & integritas uitae: facit in Deum & Sāctos eius pietas & reuerentia: facit deniq; uehemēs ardor & desiderū semper astuās, purioris cuiusdā intelligētiae ex sacris literis eruēda, ut neminē, q uel mediocris doctrinae famā habet, à te sinas abire, quin loci, uel ex Prophetis, uel Euangelio, uel Paulinis etiā epistolis forte fortuna de sumpti, uerū germanūq; sensum interrogas: nullam coenā t̄aetsuarijs sermonibus occupatā, nullum conuiuium quālibet diuersis ferculis instructum peragas, quin de sacris literis à tua gratia interim honesta & salutaris fiat mētio, atq; passus Euangelij, aut Prophetarum abstrusior tectiorq; illustretur ac retegatur. Et (quod uera pro-

EPISTOLA.

probitatis pulcherrimum indicium est (interea
 conquiescāt detractioes, repellātur obloquutio
 uum cōuiciorumq; tela, cessent inutiles fabulae,
 cōcidant mordaces & aculeati sales, dum ea tra-
 ctantur, quae & eruditionem adiuuāt, & audi-
 torem contra noui impij; dogmatis uerminatio-
 nes confirmāt, redduntq; exercitatioem. Inter
 alia, quae planè multa sunt & uaria, uel illud pra-
 cipuum est, quòd tua gratia crebrius interroga-
 re solet. Quae nam mādata adsertor noster Ie-
 sus Christus accipiunda esse uelit, cū ait: Si
 uis ad uitam ingredi, serua mandata. Respon-
 sum est à me non semel, mandata diligendi, cum
 proximum, tum Dei. His enim duobus legem &
 Prophetas niti praecipis, & eum qui diligit pro-
 ximum, legē adimpleuisse. Quae responsio, quem-
 admodum tua gratia nō omnino displicuisse, ita
 è diuerso ueque penitus satisfecisse uisa est. Nam
 ex ea natam quaestionem statim tua gratia pro-
 posuit: Ecquid de proximo diligendo mandatum
 est? quid item de Deo? Ad quod cū diceretur:
 Hūc ex tota anima, ex tota mente, ex totis
 uiribus, illum ut nosmetipsos diligēdum esse, sub-
 iecit tua gratia: Illā dilectionem ne utiquam elu-
 cere, nisi in unum corrogentur omnia mandata,
 sparsim per legē Mosaicā, Prophetas, Euāgelia
 & Apostolorum epistolas diuulgata. Respōdit id
 oppido quā difficile, ne dicam, impossibile fore,
 tum quòd mādata hac lege discriminata, certo

EPISTOLA.

unmero comprehendi nequeant, tum quòd man-
 datis quandoq; adeò finitima, uicinaq; sunt consi-
 lia, ut nullum aut saltem perquam exiguum ap-
 pareat diuortium: esse præterea nonnulla consi-
 lia, quæ intercedente uoto, aut similis obligatio-
 nis sacramento, in præceptorum ordinem conce-
 dant. Quamquam isthæc uera esse tua gratia
 agnosceret, nõ destitit tamẽ crebrò me argere,
 nedum præsens, sed absens quoque literis, uel ad
 me, uel ad dominum Nicolaum datis, ut quæ mi-
 bi de mandatis passim per biblia sparsis uideren-
 tur, in unum libellum congererem, consarcina-
 remq;. Non potui pertinacibus tuæ gratiæ iussis
 quidquam denegare: quippe cui quidquid in me ui-
 rium est, siue corporis, siue ingenij, quin ip-
 sam etiam præsentem salutem & uitam debeo.
 Quocirca malui cum studiorum meorum ia-
 ctura, & uani fortassis & inanis conatus infe-
 lici exitu, tantum laborem subire, quam tuæ gra-
 tiæ petitionẽ & iussa detractare: malui in re co-
 natiui mei impari, uires meas periclitari, quam
 reniti tuæ gratiæ expectatiõni & desiderio. Ar-
 bitratus sum ad decalogum uniuersa præcepta
 reuocari posse, siue communiora sint & præce-
 dant, siue particularia magis & sequantur, siue
 confinia sint & alludent, siue subiecta & inclu-
 dantur. Igitur quidquid ad hunc scopum mihi
 pertinere uisum est, ex toto biblicorum corpore
 coagmentatum, in decalogi ordinem & sulcos di-
 gesti,

EPISTOLA.

Geſi, ſperans, ſi quid fortassis (ut uereor) omiſ-
 ſum fuerit, à quouis etiam mediocris eruditionis
 homine in eundem ordinem relegari poſſe. A ſan-
 ctorum patrum, & eorum qui ſacram ſcripturã
 illuſtrarũt, testimonijs cõſulto temperaui. Nam
 illorum autoritatem (quanquam id citra Dei &
 Diuorum iniuriam non fiat) huic ſeculo obſor-
 diſſe animaduerti: atque nihil eſſe, quod æquẽ
 quempiam moueat, ac ſacrarum literarum ualida
 roborã. Si quid poſtremum in hoc libello negli-
 gentius oſcitantiusq; tractetur q̃ par eſt, memi-
 niſſe debet tua gratia, me annalis (ut uocãt) re-
 ſidentia piſtrino adligatum, atq; ad eò tã chori
 quã capituli curis negocijsq; diſtractum, uix
 tantundem temporis ſuffurari potuiſſe, quanto
 mihi opus fuerit ad iſthac qualiacunq; ſine, ſcri-
 benda, ne dicam comportanda. Quòd ſi olim (ut
 ſpero) liberior uita & conditio, & literarum ſedu-
 lior cura mihi illuxerint, præſtãtiora nimirum,
 elaboratioraq; Deo optimo maximo annuẽte, &
 Muſis bene fauentibus, à me gratia tua expecta-
 bit. Interim bene ualeat, & ſuo Arnol-
 do quiduis oneris imponat. Ex caſa noſtra
 apud ſanctum Seuerinum, octa-
 uo Idus Iulij.

I N D E X L O C O R V M.

Caput II.



Oniungimur Deo per charita-
tem A
Dilectionis præceptum finis &
principium omnium præcep-
torum B

Caput III.

L Ex diuina omnes uirtutes præcipit B
Dilectionis præceptum quomodo decalogo
includatur C

Caput IIII.

TRIA priora præcepta decalogi pertinēt
ad principem communitatis Angeli-
cæ B

Caput V.

Solis & planetarum adoratores B
Ignis & elementorum cultores C
Augurum & artolorum consultores D
Somniorum uenditores D
Tem-

LOCORVM.

Temporum Calendarumq; obseruatores	E
Qui utuntur ignotis characteribus, & preculis non intellectis	E
Auariciae sectatores	F
Voluptatibus sese immergentes	F
Diuinum nomen ambientes.	F

Caput VI.

Nomen Dei adsumitur	A
Sacramentorū Ecclesiae irrisores & euastatores	B
Blasphemi	C
Sanctis & Diuis insultantes	C
Sacrae scripturae falsi enarratores	D
Sacram scripturam torquentes	D
Conciliorum contemptores	D
Precum quotidianarum murmuratores	E
Iuramenta & uota emittentes	F

Caput VII.

Quomodo Sabbatum sanctificatur	A
Offerimus sacrificium	B
Manualia opera in die festo nō tractanda	C
In die festo mortaliter peccans	D
Ocium, ludus, ebrietas festi diei	E
Operum misericordiae negligentes	F

Caput VIII.

Poste-

INDEX.

P osterioribus septem præceptis ordinamur ad proximum.	A
Pater quis sit? B Patrem honora.	C
Regem & Prælatos non honorantes.	D
Senum derisores.	D
Patribus & præsidibus non obedientes.	E
Ministeria & decimas Ecclesiæ & ministris eius subtrahentes.	F
Decimæ.	G
Parentem fastidians, & Prælatum conuicijs la- cerans.	H
Parentes filiorum, & domini famulorum curam non habentes.	I
Quid parentes filijs debeant.	K.M.O.
Quid domini famulis debeant.	L.N. & P.
Parentum & prælatorum exempla.	Q

Caput IX.

I nter præcepta negatiua, primum: Non oc- cides.	A
Quomodo intelligendum: Non occides.	B.C.
Occiditur multis modis homo.	D
Odium, Ira, Inuidia.	D
Imperium, consilium, persuasio, dissimulatio in mortem hominis iniquam	E
Crapula, ebrietateq; intermorientes.	F
Humanum sanguinem profundentes, non ut offi- cio iudicis satisfaciant, sed priuatis odijs & adfectibus.	G
	Mu-

LOCORVM.

Mutilantes proximum	H
Seipfos emasculantes.	H
Adpetentes uindicta citra iuris ordinem	H
Insontem non eripiens	I
In extrema necessitate constitutus non ferens o- pem.	I

Caput X.

C Orpus proximi in adulterio leditur.	A
Quis sensus, Non nocchaberis.	B
Molles	C
Meretrices	D
Scortatores	D
Simplices fornicarij	D.E
Sacrilegi	F
Raptores	F
Adulteri	G
Incestum committentes	H.I
Masculorum concubitores	H

Caput XI.

A Egyptios spoliantes Israëlitæ, non com- miserunt furtum	A
Quomodo intelligendum, Non furtum faci- es.	B
Furtum qui committunt	C
Fraudem & dolum qui committunt	D
Operariorum mercedem fraudantes aut distra- bentes differentesq;	E
	Ra-

INDEX.

Rapinam faciunt	F
Iniquarum legum conditores.	F
Iniqui belli autor	F
Vectigalium onera	F
Iniquitas exactioinum	F
Admonentur raptores, oppressoresq; pauperum	G
Calumnia	H
Proximum litibus fraudantes	H
Usura	I
Christus usuram prohibet	K
Quid sacrilegium	L
Sacramentorum Ecclesie diuenditores	L
Ecclesiasticorum beneficiorum uenditores emptoresq;	L
Quid Ecclesia fraudatores terrere debeat	M
Res alienas occupantes per iniquam sententiam, per fraudulentũ ludũ, per turpe lucrum	N
Iniqua sententia est	N
Consilium dans ad rapinam, usuram, sacrilegiũ, symoniam & huiusmodi	O
Depositum non reddentes	P
Indignis conferentes beneficia	Q
Patrimonium Ecclesie decoquentes	Q
Artificia aut officia sua negligenter fraudulentè terq; exequentes	Q

Caput XII.

LOCORVM.

Falsum testimonium.	A	(ciam. B
Dare praesidium contra ueritatem & iusti-		
Acceptio munerum & personarum		C
Persona respicienda non est		D
Detractores		E
Quis sit detractor		F
Famosi libelli autor punitur		F
Detractoribus aures praebentes		G
Susurriones	G & I	
Quid contra detractionem faciendum sit		H
Mendacium		K
Cur omne mendacium peccatum		K
Quis sit simulator & hypocrita		L
Iactator		M
Ironia		N
Rabula & stultiloqui		O
Murmurationes contra praelatos & magistra-		P
tus		

Caput XIII.

Legi diuinae cordis errata subduntur	A
Cur singularibus & distinctis praecipis probi-	
beantur concupiscentia carnis & alienarum	
rerum	B
Tria mundum illaqueatum distrabunt	C
Omne desiderium, omnisq; consensus Veneris ex-	
tra legitimum matrimonium penitus repel-	
lendus	D
Testimonium Christi de concupiscentia	E
Caput	

Caput XIII.

C oncupiscentia carnis fit multis modis	F
Testimonia de concupiscentia	G
Concupiscentia oculorum, & superbia uita, uli mo p̄cepto prohibentur	A
Diuitijs cumulandis plus æquo incumbentes.	B
In diuitijs sp̄em habentes	C
Operum misericordiæ oblitus	D
Ad opera misericordiæ hortatur nos scriptu- ra uniuersa	E
De Eleemosyna	F
Sitientem potans, & esurientem cibans.	G
De hospitalitate	H
Nudum uestiens	I
Infirmos uisitans	K
Insones redimens	L
Sepeliens mortuos	M
Operum misericordiæ spiritualium negligēs	N
Diuitias aucupantes, pietatis colore & honesta- tis titulo.	O

FINIS.

LIBELLVS DE PRAECEPTIS, AL- LVDENS AD VERBVM DO-

mini: Si uis ad uitam ingredi, serua
mandata.

Caput I.



Onet Seruator noster Chri-
stus, ut si uitam ingredi ueli-
mus, seruemus mandata. Quae
nam sint illa mandata, solent
nonnulli interrogare. Quod
si praeccepta decalogi intelle-
xerimus, addubitabimꝰ haud

iniuria de dilectione proximi & Dei, in decalogo
nō expressa: addubitabimus quoq; de blasphemis,
de ariolis, de auguribus, de cōiectoribus somnio-
rum, de scortatoribus, de calumniatoribus, de ra-
ptoribus, & id genus alijs hominibus, quorū abo-
minanda scelera decalogo contundi castigariq;
non uidentur.

Caput II.



Onstat Seruatorem nostrum Chri-
stum idcirco ad mandatorum ob-
seruantiam nos reuocasse, ut per
illa spirituales uitam amplectere

B mur

ARNOL. VES ALIEN.

- mur, coniungeremurq; Deo. Sed quæ nam unio esse potest absq; charitate? quæ sine dilectiõe con iunctio? Qui manet in charitate (ait Ioannes) in Deo manet, & Deus in eo.
- 1. Ioan. 4**
- B** Quocirca dilectionis præceptum & princi pium & finis est eorum, quæ in decalogo enume rantur: id quod Christus non obscure indicauit apud Matth. quando maximum & primum man datum esse dixit: Diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo, in tota anima tua, & in tota mēte tua. Deinde secū dū huic simile: Diliges pro ximum tuum sicut teipsum. Huic ad fine est, quod Paulus uult Philippēses in charitate radicari & fundari. Alibi testatur, plenitudinem legis esse dilectionem: alibi, finem præcepti charitatē esse de corde puro, conscientia bona, & fide non fi cta. Ad eò enim charitatem cum fundamentum, tum consummationem præceptorum esse decla rauit, ut non sit reueritus dicere: Qui proximum diligit, legem adimpleuit. Hoc enim mandatum habemus à Deo, ut qui diligit Deum, diligat & fratrem suum.
- Matth. 22**
- Philip. 3**
- Rom. 13**
- 1. Tim. 1**
- Roma. 13**

Caput III.

A



LEX humana aptat hominem com munitati ciuili: diuina uerò An gelica, tam in hac, quam futura uita. Communitatem ciuilem con seruat iusticia: Angelicam, uirtutum uniuersi-
tas

DE DECEM PRAEC. LIB.

tas. Quicumq; enim totam legem seruauerit, of- Iacobi 1
fendat autem in uno, factus est omnium reus. Prae-
cepit igitur lex humana actus iusticiae, & earum
uirtutum, quae famulantur iusticiae.

Diuina uero lex, omnium uirtutum ambitu D
distenditur. Ea, quorum rationem nemo non faci-
le intelligit, in decalogum sunt digesta, ad actus
iusticiae potissimum spectantia. Sed quorum secre-
tior est ratio, sapientibus solum perspecta, ea de-
calogo superinducta esse, non est ut ambiga-
mus.

Siquidem dixerimus dilectionis mandatum C
in decalogo perinde ac principium in praemis-
sionibus: quomodo fiet, ut haec accessoria praecpta, deca-
logum quoque complecti inficiemur? quando haud
aliter ex decalogi praecptis educantur, atque con-
clusiones ex praemis-
sionibus. Quod ut dilucidius con-
tueamur, per singula praecpta progressi, quid
ad sine, quid contrarium, quid expressum, quid ob-
iectum, quid simile, quid dissimile sit, ex alijs sa-
cræ scripturae locis corroboremus.

Caput III.



Moses uicinus morti, uocatis ad se A
Israëlitis, dixit: Ostendit uobis Deut. 4
dominus pactum suum, quod praec-
cepit ut faceretis, & decem uerba
quae scripsit: in duabus tabulis lapideis. Re-
B 2 gius

Psalm. 32. Regius quoq; propheta monet, ut in psalterio decem chordarum, hoc est, decem præceptorū obseruantia, expositore beato Augustino, psallamus Deo.

B Inter hæc præcepta, quæ dominus ministro Exodi 20. rio Mosi, populo exposuit, tria ad angelicæ comunitatis principem respiciunt. Siquidem in eam comunitatem adscribi uoluerimus, primum oportet, ut principi fideles simus: deinde, ut exhibeamus reuerentiam: postremum, ut diligenter sanu-
lemur.

De primo præcepto. Caput V.

Exod. 20.



Idelitatis nos admonet primū præceptum: Non habebis, inquit, Deos alienos coram me. Non facies tibi sculptrile, neque omnem similitudinem, quæ est in cælo de super, & quæ in terra deorsum, nec eorū quæ sunt in aquis sub terra. Non adorabis ea, neq; coles.

B Ab hoc nimirum præcepto longius aberrant, qui solem & lunam cæterosq; planetas adorant. Deut. 4. Audiamus Mosen: Ne eleuatis oculis ad cælum, uideas solem & lunam & omnia astræ cæli, & errore deceptus adores ea & colas: quæ creauit dominus Deus tuus in ministerium cunctis gentibus, quæ sub cælo sunt. Cui ad fine est, quod ali Deut. 17. bi dicitur: Qui transgrediuntur pactum domini, ut uadant, & seruiant Dijs alienis, & ad-
rent

DE DECEM PRAEC. LIB.

rent eos, solem & lunam, & omnē militiam caeli, quae nō praecepti: & hoc tibi nunciatum fuerit, aut diensq; inquisieris diligenter, & uerum esse compereris, et abominatio facta est in Israël: reduces uirum & mulierem, qui rem sceleratissimam perpetrarunt, ad portam ciuitatis tuae, & lapidibus obruentur.

Ab hoc deficiunt, qui ignem, aut spiritum, aut citatum aërem, aut id genus alias creaturas Deos arbitrantur. Sapientis uerbum est: Vani Sapien. 23. sunt omnes homines, qui aut ignem, aut spiritum aut citatum aërem, aut gyrum stellarū, aut nimiam aquam, aut solem & lunam, rectores orbis terrarum Deos putauerunt. Quorum etsi specie delectati, Deos putauerūt: sciant quātō his dominator eorum speciosior est.

Quid de ijs dicemus, qui ariolos, qui augures, qui maleficos & incantatores, qui somniorū coniectores, qui diuinos, qui pythonas, qui magos consulunt, ut noua inquirant, ut secreta rimentur, ut futura praesagiant, ut perdita recuperent? Nōne hoc praeceptum transgrediuntur? Haud dubiē. Quoties enim in Leuitico, quoties in Deuter. quoties alibi horum partim impietas & superstitio, partim temeritas & peruicacia reprehenduntur explodunturq;? In Deuter. dicitur: Non inueniatur in te qui ariolos sciscitatur, qui obseruet somnia atq; auguria, ne sit maleficus, nec incātator, nec qui pythonas cōsulat, Deut. 18.

ARNOL. VESALIEN.

Leuit. 20 aut diuinos. In Leuitico legimus: Anima quæ declinauerit ad magos & ariolos, & fornicata fuerit cum eis, ponam faciem meam cōtra eam, & interficiam illam de medio populi sui.

E Istis finitimi sunt, qui huius præcepti immemores, Calend. & tempora obseruant, qui in legitimis gentium deambulant, qui à mortuis ueritate scitantur, qui filios lustrant, qui portentosis preculis, nefandis carminibus, abominandis ritibus, ignotis characteribus, multijugis signis & figuris, rem quãlibet adgredi, morbos depellere, fausta deprecari, abstrusa peruestigare, & futura polliceri conantur. Diuus Paulus corripit Galathas, quod scilicet conuerterentur ad infirma & egena elemēta, quod dies obseruarent, &

Galat. 4

Leuit. 26

Deut. 13

menses, & tempora, & annos. In Leuitico dominus iubet: Nolite ambulare in legitimis nationum, quas ego expulsurus sum ante uos. In Deuteronomio: Non inueniatur in te qui lustret filium suum, aut filiam suam ducens per ignem. Itē: nec quærat à mortuis ueritatem.

F Quid de illis tandem censebimus, qui nimia cupiditate distracti, auariciam sectantur: aut uoluptate illecti, carnis quærunt delicias: aut denique nimio fastu intumescētes, Dei ordinem & non men ambiunt? An non huius præcepti transgressores putabimus? Si beati Pauli censuram audituri sumus, in hunc ordinem relegabuntur. Ad Colossen. testatur: Auariciam esse simulachro-

Coloss. 3

DE DECEM PRAEC. LIB.

lachrorum seruitutem. Ad Philip. Quosdam Philip. 3
 esse, quorum finis interitus, & uenter Deus est. Ezech. 28
 Ad principem Tyri dominus per Prophetã ait:
 Eleuatum est cor tuum, & dixisti: Deus ego
 sum, & in cathedra Dei sedi in corde maris, quã
 sis homo, & non Deus, & dedisti cor tuum quasi
 cor Dei.

De secundo præcepto. Caput VI.



Secundum præceptum ad reueren- A
 tiam Deo exhibendam nos inuitat. Exodi 20.
 Non adsumes, inquit, nomen do-
 mini Dei tui in uanum. Nec enim

habebit insonem dominus eum, qui adsumpserit
 nomen domini Dei sui frustra. Adsumimus no-
 men domini, ut eo sanctificemur iustificemurq̃.
 Beatus Paulus ait nos ablutos, sanctificatos, iu-
 stificatos que esse in nomine domini nostri Iesu 1. Corin. 6
 Christi, & spiritu Dei nostri. Adsumimus no-
 men Dei, ut confiteamur, ut laudemus, ut præ-
 dicemus. Ad quod Regius propheta hortatur:
 Confitemini domino, & inuocate nomẽ eius, an- Psalm. 104
 nunciate inter gentes gloriam eius. Adsumi-
 mus nomẽ domini, ut diuinam opem imploremus.
 Sapientis uerbum est: Turris fortissima nomen Prouer. 18
 domini, ad eam confugiet iustus, & saluabi-
 tur. Propheta uerò: Nomen tuum inuoca- Hierem. 4
 tum est super nos, ne derelinquas. Adsu-
 minus postremò nomen Domini, ut illo dicta
 B 4 nostra

ARNOL. VESALIEN.

Hierem. 4. *nostra muniamus. Iurabis, ut Hieremias: Viuit do-
miuus in ueritate, & in iudicio, & in iusticia.*

B Huius itaque præcepti transgressores quis
non uidet esse in primis, qui sacramenta Eccle-
siae rident, qui sciëter in peccato mortali contre-
ctant, qui euertere nituntur. In quos Sapiens di-
cit: *Excæcauit illos malicia eorum, & nescierunt
sacramenta Dei, neque mercedem sperauerunt iu-
sticiae, nec iudicauerunt honorem animarum san-
ctarum.*

C Deinde eos, qui blasphemauerint nomen do-
mini, quos morte mori, per Mosen iubet, qui di-
uis insultauerint, negauerintq; sanctos ueneran-
dos esse: in quibus ut dominum laudemus, prophe-
ta hortatur: quos pater honorificat, qui in cœ-
lis est: in quorum nomine porrectus aquae frigi-
dae calix, mercedem suam habet

D Item qui sacram scripturam falsis enarra-
tionibus aut interpretationibus maculauerint,
qui diuinas literas ad impiam opiniõem tuendam
detorserint, qui rudes animas nouis & à fidei
præscriptis alienis dogmatibus imbuerint, qui
sanctorum patrum sacrosancta cõsilia & statu-
ta cõtēpserint, quasi illi patres in spiritu san-
cto congregati, iu fide nihil hesitantes, non acce-
perint sapientiam à Deo postulatam, quasi para-
cletus nõ suggesserit illis omnia, neq; omnia do-
cuerit unctio ipsa, quasi deniq; illorũ mentes nõ
aperuerit Christus, ut intelligerēt scripturas
Huius

Iacobi 1.
Ioan. 14.
1. Ioan. 2.
Luca ult.

DE DECEM PRAEC. LIB.

Huius etiam praecepti negligentes esse uidentur, qui orationes, ad quas peragendas obstringuntur, uanis illicitisq; cogitationibus sponte conquisitis accersitisq; interturbant, aduersus quos propheta ait: Populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longè est à me. Isaia 29

Postremò, hoc praeceptum uiolant, quicumq; Deum onerant uel iniquis iuramentis, uel stolidis uotis, quãdo scilicet aut falsa iurant, aut quae illicita sunt, cum Herode caput Ioãnis baptistae puella saltatrici ex iuramento reddenti, aut temerè uouet cum Iepte, unicam filiam ex uoto mandante, aut iurameta profundunt effutiuntq;, nulla interim neq; alliciente utilitate, neq; cogente necessitate, dominici uerbi immemores: Sit sermo tuus, Est, Est, Non, Non: quod amplius est, à malo est. Matth. 24
Iudicũ 11
Matth. 5

De tertio praecepto Caput VII.

AD famulatum Deo praestandum A tertio praecepto inuitamur: Memento, inquit, ut diem sabbati sanctifices. Hic, quod ad caeremonias pertinet, abolitum est: quod ad mores, perpetuo Exodi 20. manet. Iubemur tantundem temporis suffurari nostris laboribus & negocijs, ut interim etiam diuinis rebus uacemus: quod planè tempus Ecclesia & sancti patres in dominicos, & alios dies festos æquissima ratione distribuerunt. Sanctificabimus

ARNOL. VESALIEN.

bimus itaque sabbatum, hoc est, diem diuina uocatiōi assignatū, si abstinerimus à seruili opere, si cauerimus à mortalis peccati culpa, si ludos, si commestationes, ebrietates, oia & id genus alia uicia fugerimus.

- B Si deniq; obtulerimus Deo sacrificium, obtulerimus cor contritum. Cor enim contritū & humiliatum Deus non despiciet. Et, sacrificium Deo spiritus contribulatus, nempe per Moysen dominus ait: Sabbatum requietionis est, & adfissetis animas uestras religione perpetua. Obtulerimus sacrificium laudis in omni sapientia, docentes & commonentes nosmetipsos in psalmis & in hymnis, & canticis spiritualibus, in gratia, cantantes in cordibus nostris Deo. Nam per Prophetam ait dominus: Sacrificium laudis honorificabit me. Obtulerimus corpus sobrietate expeditum & alacre. Beatus Paulus per misericordiam Dei obsecrat Romanos, ut exhibeant corpora sua hostiam uiuentem, sanctam, Deo placentem. Corinthios: ut semper mortificationem Iesu Christi in corpore suo circumferant. Galatis uerò scribit: Qui autem Christi sunt, carnem suam crucifixerunt cum uicijs & concupiscentijs. Colossen. etiam. Mortificate membra uestra, quae sunt super terram. Si postremò pauperi & egeno uiscera misericordiae recluserimus, memores eius, quod monet dominus per Prophetam: Misericordiam & miserationes facite, unusquisque cum
- Psal. 50
Leuit. 16
Coloss. 3
Psal. 49
Roma. 12
2. Corin. 4
Galat. 5
Coloss. 3
Zach. 7

DE DECEM PRAEC. LIB.

cum fratre suo. Per Apostolum: Estote compa- 1. Petri 3
tientes, fraternitatis amantes, misericordes. Per
semetipsum: Discite, quid est, Misericordiam uo- Matth. 9
lo, & non sacrificium.

Huius igitur praeccepti uiolatores in primis C
illi sunt, qui citra necessitatem & causam rectae
rationi consentaneam, manualibus (ut uocant)
operibus festo die indulgent. Propheta ait: Cu-
stodite animas uestras, & nolite portare pon- Hierem. 17
deram in die sabbati, nec inferatis per portas Hier-
usalem: & nolite eijcere onera de domibus ue-
stris in die sabbati, & omne opus non facietis.
Eum hominem, qui ligna collegerat in die sab-
bati, oblatum Moysi, Aaron, & uniuersae multi- Nume. 23
tudini, dominus iussit lapidius obrui extra ca-
stra.

Deinde hoc praecceptum transiliunt, quicun- D
que mortaliter peccant. In Leuitico dicitur: Om- Leuit. 23
ne opus seruile non facietis in sabbato: ceterum
qui peccat, uel Christi testimonio, seruus est
peccati. Quod si quis in die festo furetur, is nimi- Ioan. 8
rum duo praeccepta uiolat, alterum, quo probi-
betur furtum, alterum, quo sanctificatio diei in-
dicitur.

Quid de ijs dicemus, qui festis diebus sagi- E
nantur ocio? qui alea frutilliq; temporis mole-
stiam fallunt? qui potatiunculis ebriosiq; conui-
uijs licentijs solito indulgent? negligunt haud du-
biè hoc praecceptum. Monet Paulus Ephesios, Ephe. 3
quomodo-

ARNOL. VESALIEN.

- quomodo cautè ambulent, non quasi insipientes, sed ut sapientes, redimentes tempus. Corripit
- Matth. 20. Christus illos, qui tota die stabant ociosi. Hierem. 48. *m*ia uerbum est: Maledictus, qui opus Dei facit negligenter. Michea uerò: Indicabo tibi ò Mich. 6. homo, quid sit bonum, sollicitū te ambulare coram
- Prouer. 19. Deo tuo. Nūquid ergo torpore & desidia emarcebimus? nunquid cum pigris manum sub ascella abscondemus? uel tum maxime, cum uacandum est diuinæ contemplationi, cum insistendum orationi, cum deuotioni inuigilandum est. Paulus Hebrais scribit: Sequimini pacem & sanctimoniam cum omnibus, sine qua nemo uidebit Deum. Quæ nam in ludo pax, quæ sanctimonia esse potest, ubi iurgia, minæ, execrationes, conuicia, periuria, imposturæ, cupiditates, pugnae, conflictationes, interdum etiam cædes adsunt? Cum maledico nec cibum quidem sumere Paulus Corinth. permittit.
1. Corin. 5. **E** Qui festos dies transigunt in luxurijs, desiderijs, uinolentijs, commensationibus, potationibus, ebrietatibus, & illicitis laborum cultibus, hos terreat Prophetæ comminatio: Vah, qui con-
1. Petri 4. surgitis mane ad ebrietatem sectandam, & potandum usq; ad uesperam, ut uino astuetis. Terreat quoq; Apostoli uerbum: Neque ebriosi, neq; maledici, neq; rapaces regnum Dei possidebūt.
1. Corin. 6. **C** Quo etiam modo huius præcepti is tandem non obliuiscitur, qui à fratre suo necessitatem pa-
- tiam

DE DECEM PRAEC. LIB.

tiente uiscera sua claudit? Quandoquidem dominus per Neemiam & Esdram iubet, ut mittamus partem ijs, qui non preparauerunt pinguia & mul sum, quia sanctus dies domini est. Esd. 2. ca. 8

De quarto praeccepto. Caput VIII.



Ribus prioribus praecceptis, & ijs A
quidem primae tabulae, ordinamur Exodi 20.
ad Deum. Septem posterioribus,

& illis secundae tabulae, ad proximum. Inter quae non immerito primum est, quod de honore parentibus tribuendo constituitur: Honora, inquit, patrem tuum, & matrem tuam, ut sis longaeuus super terram, quam dominus Deus tuus dabit tibi.

Pater tuus est, qui te genuit, qui tibi praesidet, atque annis antestat, cui famularis, qui tibi sacramenta ministrat. Quod sapiens ait: Honora patrem tuum, & gemitum matris tuae ne obliuiscaris: de genitore proculdubio accipiendum est. Eccle. 7

Quod uero Moses: Interroga patrem tuum, & annuntiabit tibi: maiores tuos, & dicent tibi: de praeside & senio confecto. Famuli etiam Naaman principis, dominum suum appellarunt patrem: Pater, inquit, si grandem dixisset tibi rem propheta facere debuisses. Deut. 31

Itaque patrem honorabis, si reuereberis, & quasi dominis seruias ijs, qui te genuerunt, in opere, in sermone, & in omni patientia: Si obedies, 4. Reg. 5
Eccle. 3
Prouer. 2
sci-

ARNOL. VESALIEN.

sciplinam patris amplectendo, & legem matris non dimittendo. Si beneuolētia & beneficio prosequeris, ut scilicet superueniat tibi benedictio à Deo. Si denique tolerabis & suscipies senectam patris tui, & non contristabis eum in uita illius. Deerrabis ab hoc præcepto, si parentes tuos adfliges, si ridebis, si duris à te uerbis abiges, si subsannabis, si uerberabis. Audi sapientem: Qui adfligit patrem, & fugat matrem, ignominiosus erit & infelix. Item: Qui maledicit patri suo & matri, extinguetur lumen eius in nebris tenebris. Item: Oculum qui subsannat patrem, qui despicit partum matris suæ, suffodiant eum corui de torrentibus, & comedant eum filij aquila.

D Egre dieris huius præcepti terminos, si regem, & eos qui tibi præsunt, dominanturq̄, honorare contempseris, & illuseris seni. Filius enim honorat patrē, ait propheta, & seruus dominum suum. Nonne beatus Petrus ait? Deum timete, regem honorificate. Nonne dominus per Moysen iubet? Cor à cano capite consurge, & honora per sonam senis.

E Quid si inobediēs fueris? transilies nimirū septa huius mandati. Beatus Paulus ait de filiorum obedientia: Filij obedite parentibus in domino. Item: Filij obedite parētib; per omnia. hoc enim placitum est in domino. De famulorum subditorumq̄ obedientia audi Petrum: Serui, sub-

Eccle. 3

Ibidem.

Prouer. 19

Prouer. 20

Prouer. 30

Malach. 1

1. Petri 2

Leuit. 19

Ephe. 6

Coloss. 3

1. Petri 2

DE DECEM PRAEC. LIB.

di estote in omni timore dominis, nō tantum bonis & modestis, sed etiam discolis. Audi Paulum: Serui, obedite dominis carnalibus cum timore & tremore, in simplicitate cordis uestri, sicut Christo, non ad oculum seruientes, quasi hominibus placentes, sed ut serui Christi, facientes uoluntatem Dei, ex animo cum bona uoluntate seruientes sicut domino & non hominibus. Item alibi: Serui obedite dominis carnalibus per omnia, non ad oculum seruientes, quasi hominibus placentes, sed in simplicitate cordis timentes dominum. Item ad Hebraeos: Obedite praepositis uestris, & subiaccete eis.

Ephe. 6

Coloss. 3

Hebr. ult.

Quid si parentibus, si praelatis beneuolentiam & beneficia, si dominis ministerium, si Ecclesiae ministris decimas, & id genus alia obsequia subtraxeris? Negliges profectò hoc mandatum. Christus apud Matthaeum Scribas & Phariseos corripit: Irritum fecistis mandatum Dei propter traditionem uestram. Vos enim dicitis, quicumque dixerit patri uel matri, munus quodcumque ex me tibi proderit, & non honorificabit patrem suum aut matrem suam. Scribit Beatus Paulus Tito: Admone illos, principibus & potestatibus subditos esse, dicto obedire, ad omne opus bonum paratos esse, neminem blasphemare, non liuigiosos esse: sed modestos, omnem ostendentes mansuetudinem ad omnes homines. Scribit Timoth. Obsecro primum

F

Matth. 19

Marci 7

Titum 3.

2. Tim. 2

omni-

ARNOL. VESALIEN.

omnium fieri obsecrationes, orationes, postulati-
 ones, gratiarum actiones pro regibus, & omni-
 bus qui in sublimitate constituti sunt, ut trāquil-
 lam & quietam uitā agamus in omni pietate &
 castitate. Scribit Roma. Reddite omnibus debi-
 ta: cui tributum, tributū: cui uectigal, uectigal:
 cui timorem, timorem: cui honorem, honorem.
 Nemini quicquam debeatis, nisi ut inuicem diliga-
 tis. Scribit Corinth. Si nos uobis spiritualia semina-
 uimus, magnum est, si nos carnalia uestra me-
 tamus? Profectò nequaquam. Illi enim qui spiri-
 tualium participes facti sunt (ut alibi dicit) de-
 bent & carnalia ministrare. Et qui altario deser-
 uiunt, cū altario participant. Non alligabis, ait
 dominus, os bouis triturantis.

G Non denegabis praelato & sacerdoti pro te
 laboranti carnale subsidium, decimis, oblationi-
 bus, & id genus alijs eleemosynis comprehēsum.
 Decimas & primitias tuas non tardabis offerre,
 in Exodo præcipitur. Item in eodem: Primitias
 frugum terræ tuæ deferes in domum Dei tui. In
 Leuitico dicitur: Omnes decimæ terræ, siue de
 pomis arborum, siue de frugibus, domini sunt. In
 Numeris deniq; scribitur: Omnia quæ offereris
 ex decimis, & in donaria domini separabis, opti-
 ma & electa erunt cuncta.

H Quid tandem si parentes fortasse (ut fit) mo-
 rosos fastidueris? si in praelatos, presbyteros,
 dominos, & similes euomueris mordaces iocos,
 ama-

DE DECEM PRAEC. LIB.

amarulentaq; scommata? Videberis planè immemor huius præcepti. Audi sapientem: Si pater tuus defecerit sensu, ueniam da, & ne spernas eum ^{Eccle. 3} in uirtute tua. Item: Maledictus est à Deo, qui exasperat matrem. Beatus Paulus eos qui bene ^{1. Tim. 3} præsumunt presbyteros, duplici honore dignos esse putat: tantum abest, ut subsannandi exhibendiq; sint.

Sed quid de patribus dicemus? Non ne hoc ^I ipso præcepto damnabuntur, si paterni muneris fuerint, obliti? Quemadmodum hoc mandatum uiolant filij, si parentes: famuli & serui, si dominos: subditi, si præsides & prælatos: adolescentuli, si seniores non honorauerint: ita quoque è diuerso huius mandati transgressoribus compares sunt & finitimi parentes, si filijs: domini, si famulis: prælati, si subiectis legitimam curam non impenderint.

Debent in primis parentes filios alere, quod ^K si renuerint, præuaricantur mandatum. Id nimis est, quod decreta sanctorum patrum definiunt: Si quis reliquerit proprios filios, & eos non aluerit, & quod pietatis est, necessaria non præbuerit, sub occasione continentiae eos negligendos putauerit, anathema sit. Ad hoc etiam fortassis pertinere potest, quod Beatus Paulus ait: Non debent filij parentibus thesaurizare, sed ^{2. Cor. 12} ^{distin. 30} ^{ca. Si quis} parentes filijs.

Debent & domini famulis, & præsides subie^L
ctis

ARNOL. VESALIEN.

1. Petri 5

Galat. 2

Iob 29

M

Tobiae 1

Hebrae. 12
Eccl. 7

His ea quæ ad uictum & uitæ necessitatem per-
tinēt, solerter providere, ne uulgus pupillorum,
uiduarum, & id genus miserabilium personarum
inedia disrutietur intereatq̃. Id Beatus Pe-
trus non obscure innuit, cum diceret: Pascite qui
in uobis est gregem Dei, providentes, neq̃ coa-
ctè, sed spontaneè secundum Deum: neque turpis
lucri gratia, sed uoluntariè: neque ut dominâtes
in cleris, sed forma facti gregis ex animo. Hoc
est etiam quod B. Iacobus, Cephas, & Ioannes
monuerunt, cum dextras societatis darent Pau-
lo & Barnabæ, ut scilicet pauperum memores es-
sent. Illud quoque se fecisse Iob gloriatur, quan-
do se fuisse dicit liberatorem pupilli, patrem pau-
perum, incoerentium consolatorem, oculum cæco,
pedem claudo.

Ab hoc igitur præcepto quàm procul is
abest, qui dominatur, nō ut pascat, sed ut mactet:
qui præsidet, non ut foueat, sed ut deglubat.

Debent quoque parentes filios suos erudire,
& salutaribus doctrinis exornare. Quod si uel
per inscitiam neglexerint, uel per socordia omi-
serint, uel per malitiam recusauerint, efficiun-
tur, non dubium, rei huius præcepti. Non ne To-
bias docuit filium suum ab infantia timere deum,
& abstinere ab omni peccato? Non ne Beatus
Paulus scribit Hebræis: Patres carnis no stræ
habuimus eruditores? Non ne Sapiens ait: Filij
tibi sunt, erudi illos, & curua illos à pueritia eo-
rum.

DE DECEM PRÆC. LIB.

rum. Filia tibi sunt, serua corpus illarum, & non ostendas hilarem faciem tuam ad illas.

Quid de prælatis & præsulibus dicemus? N
 Mandauit Artaxerxes, ut Esdras imperitos Esdra 7
 doceret liberè. Tubet dominus per Prophetam: Isaia 52
 Clama, ne cesses: quasi tuba exalta uocem tuam,
 & annuncia populo meo scelera eorum. Dicit do
 minus per Hieremiam: Ecce dedi uerba mea in Hierem. 1
 ore tuo, & constitui te super gentes, ut euellas,
 & destruas, & ædifices & plantes. Scribit bea- 1. Tim. 4
 tus Paulus Timoth. Attende lectioni, exhorta-
 tioni, & doctrinae. Item: Attende tibi, & doctri-
 nae, insta in illis, hoc enim faciens, & te ipsum sal-
 uum facies, & eos qui te audiunt. Item in altera 2. Tim. 4
 epistola: Prædica uerbum, insta opportunè, ar-
 gue, obsecra, increpa in omni patientia & doctri- 2. Tim. 4
 na. Item: Tu uigila, in omnibus labora, opus fac
 Euangelista, ministerium tuum imple. An non Matth. 42
 hoc ipsum quoque seruator noster Christus signi-
 ficare uoluit, quando fidelem & prudentem ser-
 uum esse pronunciauit, quem constituit dominus
 super familiam suam, ut det illis cibum in tempo-
 re? Item: Quando post resurrectionem primis
 prælatis, hoc est Apostolis dixit: Euntes docete Matt. ult.
 te omnes gentes, docentes, inquã, eos seruare om-
 nia quaecunq; mandauit uobis.

Debent præterea parètes filios, domini fa-
 mulos, præsides subiectos delinquentes corripere,
 re, peccãtes castigare, cuius rei si obliuiscantur,

ARNOL. VESALIEN.

- huius quoque precepti uidebuntur obliui. Sapiens
 Prouer. 13 ait: Qui parcit uirga odit filium, qui autem dili-
 git, instat erudit. Item: Noli subtrahere a pue-
 ro disciplinam, si enim percusseris eum uirga, non
 morietur. Tu uirga percuties eum, et anima eius
 Prouer. 23 ab inferno liberabis. Ecclesiasticus inquit: Qui di-
 ligit filium suum, assiduat illi flagella, ut laetetur
 Eccle. 30 in nouissimo suo, et non palpet proximorum ostia.
 In eod. ca. Item: Curua ceruicem filij in iuuentute, et tun-
 de latera eius dum infans est, ne forte induret,
 et non credat tibi, et erit tibi dolor anima. Bea-
 tus Paulus Ephe. 6 scribit: Patres, nolite pro-
 uocare ad iracundiam filios uestros, sed educate
 illos in disciplina et correptione domini.
 Sed quid de preelatis et presbyteris? Non
 2. Par. 26 ne Azarias sacerdos et cum eo sacerdotes se-
 ptuaginta resisterunt Ozia regi atque dixerunt?
 Non est tui officij Ozia, ut adoleas incensum do-
 1. Tim. 5 mino, sed sacerdotum, hoc est, filiorum Aaron,
 qui sunt consecrati ad huiuscemodi ministerium.
 Nonne Beatus Paulus Timotheo scribit? Pec-
 cantes coram omnibus argue, ut et ceteri timo-
 rem habeant. Nonne quod Timotheum docuit
 Actu. 12 ipse quoque compleuit, quando Elymam magum
 acriter reprehendit dicens? O plene omni dolo
 et omni fallacia, fili diaboli, inimice omnis iusti-
 cia, non deseris subvertere uias domini rectas?
 1. Corin. 1 Quando Corinthios corripuit, quod sectas ale-
 1. Corin. 5 rent, quod fornicatorem ferrent, quod ad tri-
 bunal

DE DECEM PRAEC. LIB.

bunal infidelium se inuicem accusarēt, quòd do- 1. Corin. 9
minica coena abuterentur, quòd de resurrectione 1. Cori. 11
mortuorum haesitarent. 1. Cor. 15

Sed quid de domino (ut uocant) temporali? p
Beatum Paulum audi: Non sine causa gladium Roma, 13
portet. Dei enim minister est, uindex in iram ei
qui malum agit. Quòd si ministerij sui non memi-
nerit, desertor est huius praeccepti.

Et postremum, quod uel in primis parentes
atque praelatos, presbyteros, magistratus, praes-
fides, concionatores, confessores & huiusmodi cõ-
ditionis homines obseruare oportebit, ut scili-
cet uita probitate & sanctimonia, morum inte-
gritate, & conuersationis facilitate & modestia
filijs subiectisq; sint exẽplo, atq; ad uirtutis p-
fectum calcar adhibeant. Hoc nimirum Beatus 1. Petri: 2
Petrus uoluit cum admoneret, ut conuersatio-
nem nostram inter gentes haberemus bonam, ut
in eo quod detractant de nobis tanquam de male
factoribus, ex bonis operibus nos considerantes,
glorificent Deum in die uisitationis. Hoc &
Paulus Tito demandauit: In omnibus teipsum Tit. 2
praebere exemplum bonorum operum, in doctrina,
in integritate, in grauitate, ut is qui ex aduer-
so est, uereatur, nihil habens malum dicere de no-
bis. Hoc denique Christus uoluit, cum Aposto-
los eorumq; successores & munera obeuntes, lu-
cem mundi & salem terrae appellaret, iuberetq;
eorum lucem sic coram hominibus lucere, ut uide Matth. 5

vent opera eorum bona, & glorificarent patrem
qui in caelis est.

De quinto præcepto.
Caput IX.

A **I**nter præcepta negatiua, quæ nul-
lo non tempore quamlibet proximi
læsionem prohibent, illud apto or-
dine uel primum fore quis non ui-
derit, quo maxime leditur proximus, in propria
scilicet persona? Ait dominus: Non occides.

B Nunquid ergo à mactandis bobus & pecu-
dibus abstinendum? Nunquid malefactores, ut
pergât malè agere, tolerandi sunt? Nequaquam
Audi beatum Paulum: Omne quod uenit in ma-
cello, manducate. Qui permisit, ut carnes in ma-
cello dizenditæ, ederetur, ab iugulandis animan-
tibus non deterruit. Audi dominum per Moſen
dicentem: Omnes pisces maris manui ueſtræ tra-
didi, & omne quod mouetur & uiuit, erit uobis
in cibum, quasi olera uirentia tradidi uobis om-
nia. Audi iterum dominum per Moſen dicen-
tem: Maleficos non patieris uiuere. Alibi dici-
tur: Videte quòd ego ſim ſolus, & non ſit aliſus
Deus præter me. Ego occidam & ego uiuere fa-
ciam. Per me (ait Sapiens) reges regnant: & le-
gum conditores iuſta decernunt. per me princi-
pes imperant, & potentes decernunt iuſticiam.

An non

1. Cori. 10

Gene. 9

Exodi 22.

Deut. 33

Prouer. 8

DE DECEM PRAEC. LIB.

Annon principes & legum conditores, fontes
morte condemnant?

Non occides igitur hominem, siue te ipsum, si- C
ue alium propria (ut uocant) autoritate, hoc est,
nisi iusta lex, aut iusticia fons & origo Deus Gene. 6
iusserit occidi. Iubet dominus: Quicumque effude-
rit humanum sanguinẽ, fundetur sanguis illius. Leuit. 24
Item: Qui percusserit, & occiderit hominẽ, mor-
te moriatur.

Occiditur homo multifariam. Principiõ deli- D
beratione & uoluntate. Hic quisquis in proxi-
mum aut odio desflagras, aut inuidia contabescis,
aut ira subferues, huius præcepti mihi planẽ uide
beris oblitus. Audi Ioannem: Omnis qui odit fra- 1. Ioan. 3.
trem suum, homicida est. Audi Sapientem: Ne- Sapien. 14
que uitam, neque nuptias mundas iam custodiunt,
sed alius alium per inuidiam occidit. Audi Chri-
stum: Dictum est antiquis: Non occides, qui autẽ
occiderit, reus erit iudicio. Ego autem dico uo- Matth. 5.
bis, qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio &
damnatione. Huius rei gratia iubet dominus: Ne Leuit. 19
oderis fratrem tuum in corde tuo, sed publicẽ ar-
gue eum, ne habeas super illo peccatum. Iubet
Sapientem: Ne comedas cum homine inuido, & ne Prou. 28
desideres cibos eius. Iubet Paulus: Sol non occi-
dat super iracundiam uestram. Item: Omnis ama- Ephe. 4
ritudo, & ira, & indignatio, & clamor, & blas-
phemia tollatur à uobis.

Secundò committitur homicidium ore. Itaq;

ARNOL. VESALIEN.

- De pernit.
distin. 1
ca. pericu
lose.
Deut. 17
Prouer. 25
- si imperio, si consilio, si persuasione, si impulsu, si
dissimulatione, aut quouis modo in mortem homi
nis unquam cōsenseris, huius præcepti metas ex
patiaris. Occiderunt nimirum Iudæi Christum
succlamantes: Crucifige, crucifige eum. An non
hoc est, quod in Deuter. dicitur? Maledictus qui
clēm percutit proximum suum. Non' ne huc quo
que referri potest, quod Sapiens ait? Iaculum &
gladius & sagitta acuta, homo qui loquitur con
tra proximum suum falsum testimonium. Et quod
- Psal. 63
- Regius Propheta cecinit: Exacuerunt ut gladi
um linguas suas, ut sagittent in occultis immacu
latum.
- F
- Exodi 21
- Ibidem.
- Deinde enecatur homo manu, uel quolibet
instrumento, de quo dicitur: Qui percusserit ho
minem uolens eū occidere, morte moriatur. Itē:
Si quis per industriam occiderit proximum suū,
& per insidias, ab altari meo auelles eum, ut mor
te moriatur. Huius ergo præcepti haud dubiè
trāsgressores sunt, qui seipsos aut crapula stran
gulant, aut ebrietate conficiunt. Sapientis uer
bum est: In multis escis erit infirmitas, & auidi
tas appropinquabit ad choleram. Item: Propter
crapulam multi obierunt, qui autē abstiniens est,
adijciat uitam. Christus ait: Attendite autem
uobis, ne fortè grauentur corda uestra crapula
& ebrietate, & curis huius uitæ, & superueniat
in uos repentina dies illa.
- G
- Hiscē transgressoribus finitimi sunt, iudi
ces

ces apparitoresq; humanum sanguinem profundentes, non quidem ut suis officijs, sed adfectibus uoluptatibusq; satisfaciant. Eius, prò pudor, obli- 33. quest. c. admonere
2. Par. 19.

ti, quod Iosaphat per singula loca dispositis iudicibus praecepit: Non hominis exercebitis iudicium, sed domini: & quodcunq; iudicaueritis, in uos redundabit, sit timor domini uobiscum, & cum diligentia cuncta facite.

Finitimi deinde sunt, qui proximum graui- H
ter mutilant: qui semet castitatis ardore emascu- H
lant, quiq; citra iuris ordinem & iusticiae praesciderit.
scripta uindictam expetunt. Sapiens dicit: Ne Prouer. 24
dicas, quomodo fecit mihi, sic faciam ei, & reddam Eccle. 28
unicuique secundum opus suum. Item Ecclesiasticus: Qui uindicari uult, à domino inueniet uindictam. Audi dominum: Mea est ultio, & ego Deut. 73
retribuam eis in tempore. Item alibi: Ne querat Leuit. 19
ultionem, nec memor eris iniuriae ciuium tuorum. Audi Paulum: Nulli malum pro malo red- Rom. 12
dentes.

Postremò negligentia & omissione iugulatur homo, idq; si in fontem absq; discrimine nostro eripere, si ad mortem usque languentibus mederi, si in extrema necessitate constitutis, nostra ope, quantulacunq; est, succurrere poterimus, & cessauerimus ad eam rem, erimus non dubium huius praecepti uiolatores. Clamant decreta patrum: Mortem languentibus probatur infligere, qui hanc cum possit non excludit. Sapiens iu-

distin. 83
para. 1

Prouer. 24 *bet: Erue eos qui ducuntur ad mortem, & qui tra-*
 Eccle. 34 *huntur ad interitum, liberare ne cesses. Ecclesia-*
 distin. 86 *sticus ait: Panis egentium, uita pauperis est, &*
 ca. Pasce *qui defraudat illum, uir sanguinum est. Vulgare*
est Ambrosij uerbū: Pasce fame moriētem: quis-
quis enim hominem pascendo seruare poteris, si
non paueris, fame occidisti.

De sexto præcepto. Cap. X.



Axima planè iniuria est, quæ in proximum fieri potest, si illius anima suo quidē domicilio emigrare cogatur. Proxima iniuria est, si corpus eius probris aspergatur, lacereturq; insidiarum & doli flagellis, quod profectò fit per adulteriū. Est enim, uel Christi testimonio, qui libet cum coniuge non duo, sed una caro. Quòd si coniugem proximi adulterio commaculaueris, corpus quoq; proximi foedè temerasti.

Matth. 19

B *Itaq; secundum inter negatiua præceptum est: Non mœchaberis, hoc est, Nullum Veneris actum committes extra legitimi matrimonij fœdera. Hoc Tobias filium docuit: Attende, inquit, fili mi ab omni fornicatione, & præter uxorem tuam nunquam patiaris crimen scire.*

Tobia 4

C *Huius præcepti uiolator is nimirum in primis est, qui in se ipse Venerem exuscitat. Audi Paulum: Neq; molles regnum Dei possidebunt.*

1. Corin. 6

D *Deinde qui alterius sexus & eiusdem speciei*

DE DECEM PRAEC. LIB.

ciei coniugio Venerem experitur, sed extra ho- Hebr. 13
 norabiles nuptias, & thorum immaculatum. In
 hunc ordinem relegantur meretrices, scortato-
 res, qui simplicem (ut uocant) fornicationem, qui
 stuprum, qui incestum, sacrilegium, qui raptum,
 qui adulterium patrarunt. In Deuter. dicitur: Deut. 23
 Non erit meretrix de filiabus Israël, nec scorta
 tor de filijs Israël. Sapiētis uerbū est: Erubesci Ecclē. 41
 te ab aspectu mulieris fornicariae. Itē: Ne des Ecclē. 9
 fornicarijs animam tuam in ullo, ne perdas te Ecclē. 19
 & hereditatem tuam. Item: Qui se iungit for-
 nicarijs, nequam erit: putredo & uermes heredi-
 tabunt eum. In Prouerbijs scriptum est: Omnes
 enim qui ingrediuntur ad fornicariam, non re-
 uertentur, nec apprehendent semitas uitae. Hali-
 tus enim eius, ut Iob ait, prunas ardere facit, & Iob 41
 flamma de ore eius egreditur.

Sed fortasse praestabit audire Paulū super E
 bac re fulminantem Ad Corinth. Scripsi uobis 1. Corin. 5
 in epistola, ne commisceamini fornicarijs. Item: 1. Corin. 6
 Si is, qui frater nominatur inter uos, fornicator
 est, aut auarus, &c. cum huiusmodi nec cibum su-
 metis. Item: Fugite fornicationem, omne enim
 quodcunq; peccatum fecerit homo, extra corpus
 est, qui autem fornicatur, in corpus suum peccat.
 Ad Ephestios: Fornicatio autem & omnis im- Ephe. 3
 munditia, aut auaritia, nec nominetur in uobis. Ibidem.
 Item: Scitote intelligentes, quod omnis fornicator,
 aut immundus, aut auarus, quod est idolorū
 ser-

ARNOL. VESALIEN.

1. Theff. 4 *seruitus, nō habebit hereditatem in regno Obri-
sti & Dei. Ad Thessalonicenses: Hęc est uolun-
tas Dei, sanctificatio uestra, ut absteineatis uos
à fornicatione, ut sciat unusquisque uestrum uas
suum possidere in sanctificatione & honore, non
Hebræ. 13. in possessione desiderij. Ad Hebræos uerò: For-
nicatores & adulteros iudicabit Deus.*
- F De stupro & incestu quid dicemus? In Deu-
Deut. 22. *teronomio legitur: Si puellā uirginem desponde-
rit uir, & inuenerit eā aliquis in ciuitate, & con-
cubuerit cum ea, ambo educti lapidibus obruen-
tur. Sin in agro repererit, & apprehendens con-
cubuerit cum ea, ipse morietur solus. De uirgine
non desponsata, itidem multa in eo loco poteris le-
gere. In Leuitico scribitur: Omnis homo ad pro-
Leuit. 18 *ximam sanguinis sui non accedat, ut reuelet tur-
Leuit. 20 *pitudinem eius. Item: Qui dormierit cum nouerca
Ibidem *sua, & reuelauerit ignominiam patris sui, morte
Deut. 22 *moriantur ambo. Item: Si quis dormierit cum nu-
ru sua, uter que moriatur. Item in Deuter. dici-
tur: Nō accipiet homo uxorem patris sui, nec re-
uelabit operimentum eius. Paulus denique Co-
1. Corin. 5 *rintb. corripit, quòd inter eos scilicet talis omni-
no audiatur fornicatio, qualis nec inter gentes,
ut uxorem patris sui quis habeat.******
- G *Quę de adulterio congerere possem, notiorū
sunt quā ut calamus nostrum defatigent. Illud
adposuisse sufficiat, quod Sapiens ait: Mulier
Eccle. 23 *omnis relinquens uirum suum, & statuens heredi-**

DE DECEM PRAEC. LIB.

ditatem ex alieno matrimonio. Primò, in lege altissimi incredibilis fuit. Secundò, uirum suum dereliquit. Tertio, in adulterio fornicata est. & ex alio uiro filios statuit sibi. In Leuitico scribitur: Leuit. 20
 Si quis moechatus fuerit cum uxore alterius & adulterium perpetraverit cum coniuge proximi sui, morte moriatur.

Sunt tertio, qui Venerem explorant, aut in eodem similiq; sexu: aut in hisce membris, quae huic operi natura non aptauit destinauitq;. Hi cum primis huius praeccepti uiolatores sunt nefandissimi. In Leuitico dicitur: Cum masculino non commiscearis coitu foemineo, quia abominatio est. Leuit. 18
Leuit. 20

Item: Qui dormierit cum masculino coitu foemineo, uterque operatus est nefas: morte moriantur, & sanguis eorum sit super eos. Paulus ait: Tradidit illos Deus in desideria cordis eorum, in immundiciam, ut contumelijs adficiat corpora sua in semetipsis. Item: Tradidit in passiones ignominiae. Roma. 1

Nam foeminae eorum mutauerunt naturalem usum, in eum qui est contra naturam, Similiter & masculi, relicto naturali usu foeminae, exarserunt in desiderijs suis inuicem, masculi in masculos turpitudinem operantes. De quibus alibi dicit: Neque masculorum concubitores regnum Dei possidebunt. Ibidem
1. Corin. 6

Sunt postremo, qui extra speciem humanam errantes, Venerem in brutis animantibus rimantur, omnium haud dubie pessimi peruersissimiq;. I
 Atq;

ARNOL. VES ALIEN.

Democri-
tus apud
Plinium.
Leuit. 18
Leuit. 20
Exodi 22

Atq; eò magis ab homine (ut ille dicebat) exili-
entes, quò sese propius brutis applicant. De qui-
bus in Leuitico: Cum omni pecore nò coibus. Itē:
Qui coërit cum iumento, aut pecore, morte mo-
riatur, pec9 quoq; occidite. In Exod. dicitur: Qui
coërit cum iumento, morte moriatur.

De septimo præcepto.

Caput XI.

A
Exodi 20.



Leuit. 19

14. quæst.
5. ca. dixit.
Prouer. 6

Ibidem

T inter negatiua præcepta ter-
tium, ita inter uniuersa septimum
est, Non furtum facies: Non te id
moueat, quòd Israëlita spoliaue-
rint Aegyptum uasis aureis argenteisq;. Illi e-
nim (quod Augustinus ait) non commiserunt fur-
tum, sed Deo iubente impleuerunt ministerium.
Neq; rursum te angat, quod Sapiens ait: Non est
grandis culpa, cum quis furatus fuerit. Loquitur
enim de excusabili necessitate, quæ planè uel mi-
nuit uel tollit culpam. Quandoquidem mox sub-
dit Sapiens: Furatur ut esurientem impleat ani-
mam.

B

Zach. 5

Extra necessitatem, qua quis legitimè excu-
sari potest, & citra mandatum domini, cuius est
orbis terrarū, & omnis plenitudo eius, quisquis
alienam rem fraudulenter contrectat usurpatq;
inuito domino, grauiter peccat. Ait dominus per
Prophetam: Hæc maledictio, quæ egreditur su-
per faciem omnis terræ, quia omnis fur, sicut ibi
scri-

DE DECEM PRAEC. LIB.

scriptum est, iudicabitur. Quare Tobias etiam Tobias 2
furti suspicionem abominabatur: Videte ait, ne
forte furtiuus sit haecus. Reddite eum dominis
suis, quia non licet nobis aut edere ex furto ali-
quid, aut contingere.

Huius itaque praeccepti uiolatores sunt, qui C
rem alienam occulta fraude diripiunt, manifesto
dolo aucupantur, rapina occupant, calumnia di-
strahunt, usura uenantur, sacrilegio amplectun-
tur, iniqua sententia prauoq; iudicio adgredi-
untur.

Fraudem & dolum committunt, qui iniquo D
pondere & fallaci mensura emptorem circumue-
niunt, qui pro bonis praua obrudunt, pro uege-
tis effoeta subiiciunt, pro ueris fucata adornant,
pro synceris corrupta supponunt, pro castis pu-
tida diuendunt, pro integris oblasa comendant,
pro dulcibus amara distribuunt, & (ut uniuersa
paucis complectar) qui res uenum expositas, alie
no fuce & colore circumuestiunt, ut proximum
decipiant. In Deut. scribitur: Non habebis in sac Deut. 25
culo diuersa pondera, maius & minus. In Leuit. 19
uit. Nolite facere iniquum aliquid in iudicio, in re-
gula, pondere, & mensura. Fraudulenti enim, ut
Propheta ait, uasa pessima sunt. Ipse cogitatio-
nes concinnabit ad perdendos mites in sermone
mendacij. Audiamus alium Prophetam: Audi- Amos 8
te, inquit, qui conteritis pauperem, & deficere fa-
citis egenos terra, dicentes: Quando transibit
messis

ARNOL. VESALIEN.

mesis, & uenundabimus merces: sabbatū & aperiemus frumentum, ut imminuamus mensuram & augeamus siclum, & supponamus stateras dolosas: ut possideamus in argento egenos & pauperes pro calceamentis, & quisquilias frumenti uendamus? Mox subditur: Iurauit dominus, si oblitus fuero usq; in finem omnia opera eorum.

Amos 8

E

His haud dubium finitimi sunt, & hoc preceptum praeuaricantur, qui operariorum mercedem, aut solutionis mora, aut mutatione defraudant. In Leuitico scribitur: Non morabitur opus mercenarij tui apud te usq; mane. Ad id etiam hortatur nos parabola Euangelica, quando dominus dicit uinea suae procuratori: Voca operarios,

Leuit. 19

Matth. 29.
Iacobi 5

& redde illis mercedem. Beatus quoq; Iacobus ait: Ecce merces operariorum, qui messuerunt regiones uestras, quae fraudata est à uobis, clamat contra uos.

F

Rapinam agunt latrones & milites, dum grassantur in triuijs, principes & populi gubernatores, dum iniquas leges condunt, dum iniusta bella tractant, dum urbes & oppida e mentito honestatis titulo expugnant & diripiūt, dum subditos illicitis exactionibus & uectigalibus expellunt. Audiamus Iob de huiusmodi succclamantem: Asinum pupillorum abegerunt, & abstulerunt pro pignore bouem uiduae. Subuerterint pauperum uitam, & oppresserunt pariter mansuetos terrae, uigilantes ad praedam preparant panem

Iob 24

DE DECEM PRAEC. LIB.

panem liberis, agrum non suum demerunt, & uineam eius, quem ui oppresserunt, uindemiant, nudos dimittunt homines, uestimenta tollentes, quibus non est operimentum in frigore, quos imbres montium rigant, non habentes uelamen, amplexantur lapides. Vim fecerunt depradantes pupillos, & uulgum pauperem despoliauerunt, esuriens tulerunt spicas, de ciuitatibus fecerunt uiros gemere, & anima uulneratorum clamauit, & Deus inultum abire non patitur. Audiamus Esaiam 10

Esaiam: Vae uae qui condunt leges iniquas, & scribentes iniusticias scripserunt, ut opprimerent in iudicio pauperes, & uim facerent caussae humilium populi mei, ut essent uiduae praedae eorum, & pupillos diriperent. Audiamus Hieremiam 2

Hieremiam: Quid niteris bonam ostendere uiam tuam? In alis tuis inuentus est sanguis animarum pauperum & innocetum. Audiamus Ezechiel 22

Ezechiel: Principes eius in medio illius quasi lupi rapientes praedam, ad effundendum sanguinem, & ad perdendas animas, & auare sectando lucra. Mox sequitur: Effundi super eos indignationem meam, & in igne irae meae consumpsit eos. Audiamus eundem: Qui in sanguine comeditis, & oculis uestros leuatis ad immunditias uestras, & sanguinem funditis, nunquid terram haereditate possidebitis? Audiamus alium Prophetam: Pro eo quod diriptebatis pauperem, & praedam electam tollebatis ab eo, domos quadro

Audiamus eundem: Qui in sanguine comeditis, & oculis uestros leuatis ad immunditias uestras, & sanguinem funditis, nunquid terram haereditate possidebitis? Audiamus alium Prophetam: Pro eo quod diriptebatis pauperem, & praedam electam tollebatis ab eo, domos quadro

phetam: Pro eo quod diriptebatis pauperem, & praedam electam tollebatis ab eo, domos quadro lapide

ARNOL. VESALIEN.

Lapide edificabitur & non habitabitur in eis: vineas plantabitur amantissimas, & non bibetis vinum earum. Audiamus Micheam: Concupierunt agros, & uiolenter tulerunt & rapuerunt domos, calumniabantur uirum & domum eius, uirum & hereditatem eius. Mox sequitur: Hæc dicit dominus: Ecce ego cogito super familiam istam malum, unde non auferetis colla uestra. Audiamus tandem Abacuc: Væ qui edificat ciuitatem in sanguinibus, & preparauit urbem in iniquitate. Nunquid non hæc sunt à domino exercituum? Laborabunt enim populi in multo igni, & gentes in uacuum, & deficient.

G *Quisquis ergo huius præcepti amans fueris, noli sperare in iniquitate, & rapinas noli concupiscere. Obuersetur animo tuo sententia David regis, de illo diuite, qui uicino pauperi ouem abstulerat. Viuit dominus, quia mortis filius est uir qui fecit hoc. Memor esto uerbi quod Paulus scribit Corinthijs: Rapaces regnum Dei non possidebunt.*

H *Quid de calumnia dicemus? Nemo planè inficiari poterit, eos quoque huius præcepti immemores esse, qui fraudulentis litibus proximum ad extremam aliquando inopiam pertrahunt: qui nouis subinde committis iusta sententia progressum remorantur: qui pauperem non sine mendocri damno, aut litis dilatione, aut appellacionis renouatione concordiam inire compellunt. In*
Leui

DE DECEM PRAEC. LIB.

Leuitico scribitur: Non facias calumniam proximo tuo. In Prouerbis: Qui calumniatur pauperem, ut augeat diuitias, dabit ipse ditiori, & egebit. Ecclesiastes ait: Si uideris calumnias egenorum, & uiolenta iudicia, & subuerti iusticiam in prouincia, ne mireris, quia excelsio excelsior est alius. Ecclesiasticus inquit: A tribus timuit cor meum, delaturam ciuitatis, collectionem populi, & calumniam mendacem, super mortem omnia grauiora. Esaias ait: Sperastis in calumnia & tumultu, & innixi estis super eo, propterea erit uobis iniquitas haec, sicut in terru proptio cadens, & requisita in muro excelsio. Hieremias: Si aduenam, & pupillo, & uidua non feceritis calumniam, habitabo uobiscum. Ezechiel: Populi terra calumniabantur calumniam, & rapiabant uiolenter, & egenum & pauperem afflixerunt, & aduenam opprimebant calumnia absque iudicio, & effudi super eos indignationem meam. Zacharias: Viduam, & pupillum, & aduenam, & pauperem nolite calumniari, & malum uir fratri suo non cogitet in corde suo. Malachias: Accedam ad uos in iudicio, & ero testis uelox maleficis, & adulteris, & periuris, & qui calumniantur mercedem mercenarij, & humiliant uiduas & pupillos, & opprimunt peregrinum, nec timuerunt me, dicit dominus exercituum. Postremo Ioannes Prophetarum & Euangelij limes respondit militibus: Neminem

Leuit. 19

Prou. 22

Eccle. 4

Eccle. 4

Eccle. 26

Esaiã 30

Hierem. 7.

Ezech. 22

Zach. 7

Malac. 3

Luca 3

ARNOL. VESALIEN.

concutiatis, neque calumniam faciatis.

- I De usura quid attinet multa dicere? Nempe quam lex Mosaica, Propheta et Euangelium damnant, explodunt, abominantur. In Exodo scribitur: Si pecuniam mutuam dederis populo meo pauperi, non urgebis eum quasi exactor, nec usuris opprimes. In Leuitico: Pecuniam tuam non dabis ad usuram, & frugum superabundantiam non exiges. In Deuteronomio: Non facies fratri tuo pecuniam ad usuram, nec fruges, nec quamlibet rem aliam. Item: Fratri tuo absque usura id quo indiget commodabis. Ezechiel ait: Vir si fuerit iustus, & fecerit iudicium & iusticiam, si ad usuram non commodauerit, & amplius non acceperit, uita uiuet, ait dominus Deus. Quod si genuerit filium ad usuram dantem & amplius accipientem, nunquid is uiuet? non uiuet. Idem alibi dicit: Usuram & superabundantiam accepisti, & auarè proximos tuos calumniabaris, mei que oblita es, dicit dominus Deus. Ecce complosi manus meas super auaritiam tuam. Sequitur: Et dispergam te in nationes, & uentilabo te in terras. Regius Propheta illum in montem domini adscensurum testatur, qui pecuniam suam non dedit ad usuram, & munera super innocentes non accepit.
- K Sed quod nam Christi testimonio, tum grauius, tum uerius esse potest? Is apud Lucam ait: Si mutuū dederitis bis, à quibus speratis recipere, quæ
- Exodi 22
Leuit. 25
Deut. 23
Ibidem
Ezech. 18
Ezech. 22
Psalm. 14
Luca 6

DE DECEM PRAEC. LIB.

quæ gratia est uobis? nam & non peccatores peccatoribus focnerantur ut recipiant equalia. Veruntamen mutuum date nihil inde sperantes, & erit merces uestra multa, & eritis filij altissimi. Moueat te, quisquis huius criminis mole degrauaris, Zachæi uerbum, quo Christum hospitem Lucæ 19
& conuiuam in domum suam excepit. Et si quid inquit, aliquem defraudau, reddo quadruplum.

Ad sacrilegium uenimus. Sed quid nam huius uocabuli ambitu accipiemus? Nempe ut amico quidpiam rapere furtum est: ita Ecclesiâ fraudare, sacrilegium. Huius itaq; præcepti reum esse 12. c. 2.
mehercules illum putabimus, qui ad beneficia Ecclesiastica non per ostium, sed aliunde irrepit. gloria
Qui res Ecclesiæ, non ad quod institutæ sunt, sed ad sua lucra dispensat. Qui sacerdotium quouis munere uel largitur, uel adipiscitur. Qui sacramenta diuendit, qui templa prophanat, qui sacramenta diuendit, qui templa demolitur, qui altaria temerè euertit, qui sancti moniales & monachos domicilijs extrudit & abigit, qui prædia Ecclesiæ distrahit, qui templorum donaria & suppellectilem diripit, qui clerici annuos census distinet & interuertit, qui denique ministros Dei sacerdotes, & quicquid Deo consecratum est, quoquo modo uiolat.

Terreat illum, qui per simoniam beneficia M
occupatur, uox Christi: Qui aliundè adscendit, fur est & latro. Terreat spiritualis beneficij Ioan. 10
prætextu lucris temporarijs inhiantem, lepra,

ARNOL. VESALIEN.

4. Reg. 5. quæ Naaman adempta, Giezi adhasit, eò quòd accepisset argentũ & uestes. Terreat beneficiorum uenditorem id quod Hieroboam accidit. Qui cumq; enim uolebat, implebat manum eius, & fiebat sacerdos excelsorum. Et propter hanc causam peccauit domus Hieroboam, & euerfa est, & deleta de superficie terræ. Terreat emptorem
- Actu. 8. uox Petri: Pecunia tua sit tecum in perditionem, quoniam existimasti possideri donum Dei pecunia. Terreat eum, qui Sacramentorum administrationem quæstuosam reddit, uox Pauli:
2. Cori. 11. Gratis Euangelium Dei euangelizauit uobis. Ibidem. Item: Cum essem apud uos & egerẽ, nulli onerosus fui. Marth. 10. Terreat quoque uerbum Christi: Gratis accepistis, gratis date. Terreat templorũ & altarium euastatorem Prophetæ: Quia domus mea deserta est, & uos festinastis unusquisq; in domũ suam. propter hoc super uos prohibiti sunt cœli, ne darent rorem, & terra prohibita est, ne daret germen suum. Et uocaui siccitatem super terram, & super montes, & super triticum, & super uinum, & super oleum, & quæcunq; profert humus, & super homines, & super iumenta, & super omnem laborem manuum. Terreat monachorum & nonnarum abigeos. Hierem. Nunquid ergo spelunca latronũ facta est domus ista, in qua inuocatum est nomen meum in oculis uestris? Ego ego sum, ego uidi dicit dominus. Ibidem. Item; Posuerunt offendicula sua in domo in qua

DE DECEM PRAEC. LIB.

inuocatum est nomen meum, ut polluerent eam.
 Sequitur: Et erit morticinum populi huius in ci-
 bos uolucris coeli & bestiis terrae, & non erit
 qui abigat. Terreat illos, qui supellectilem &
 bona Ecclesiae diripiunt, Heliodorus, qui templi
 Hierosolymis despoliaturus, subito concidit in
 terram, & multa caligine obrutus, è templo in
 sella gestatoria eiectus est. Terreat Antiochus,
 quem templum expoliare tentantem, apprehen-
 dit dolor dirus uiscerum, & amara internorum
 tormenta, ita ut de corpore impij uermes scatu-
 rirer, ac uiuentes in doloribus carnes eius efflu-
 erent, odore etiam illius & foetore exercitus gra-
 uaretur. Terreat demum cleri uiolatores David
 ad Abisai loquens: Quis extendens manum sua
 in Christum domini, innocens erit? Idem in Psal-
 mo ait: Nolite tangere christos meos, & in Pro-
 phetis meis nolite malignari.

2. Mach. 9

1. Reg. 29

Psal. 104

N

Sunt etiam huius praeccepti haudquaquam
 memores, qui res alienas aucupantur, iniqua sen-
 tentia, fraudulento ludo, turpi lucro & id genus
 alijs modis. Iniqua sententia est, quam iudex pro-
 fert, timore perculsus, amore obcaecatus, accen-
 sus cupiditate, ira tortus, odio flagrans, stimula-
 tus inuidia, aut quouis adfectu, praeter iusticiae
 & ueritatis amore, laesum, uel etiam crassa
 inscitia obrutus. Id quod non obscure in Exodo
 deliniatur: Non sequeris, ait dominus, turbam
 ad faciendum malum, neque in iudicio plurimorum

Exodi 23

ARNOL. VESALIEN.

- Leuit. 19 *acquiesces sententiae, ut à uero deus: pauperis quoque non misereberis in iudicio. Item in Leuitico: Non facies quod iniquum est, nec iniuste iudicabis. Non consideres personam pauperis, nec honores uultum potentis. Iuste iudica proximo tuo. Item in Deut. Quod iustum est iudicate, siue ciuis sit ille, siue peregrinus, nulla erit distantia personarum. Ita paruum audietis ut magnum, nec accipietis cuiusquam personam, quia Dei iudicium est. Idcirco monet Sapiens: Noli querere fieri iudex, nisi ualeas uirtute irrumperere iniquitates, ne forte extimescas faciem potentis, & ponas scandalum in iniquitate tua.*
- Deut. 2
- Eccle. 7
- O *Est et huius præcepti ille reus, cuius consilio, persuasione, imperio, irritatione, coniuuentia, aut quouis id genus alio modo, furtum, rapina, usura, sacrilegium, calumnia, damnum, simonia, &c. peraguntur. Non abs re monuit Sapiens: Cum fatuus consilium non habeas, non enim poterunt diligere nisi quæ eis placent. Item: A consiliario serua animam tuam, prius scito, quæ sit illius necessitas, & quid ipse in animo suo cogitabit, ne forte mittat sudem in terram, & dicat tibi, bona est uia tua, & stet è contrario uidere, quid tibi eueniat. Scribit Beatus Paulus Romanis: Digni sunt morte non solum qui faciunt, sed etiam qui consentiunt facientibus. Decernunt iura eos sine quorum persuasione aut consilio furtum, rapina, uel quodlibet damnum, perfectum non esset,*
- Eccle. 8
- Eccle. 37
- Roma. 1
2. quæst. 1.
 notum in
 fine

DE DECEM PRAEC. LIB.

set, non solum peccare mortaliter, sed etiam ad restitutionem obstringi.

Quid si quis rem alienam, honesto quidem nomine, depositi, accommodati, hereditatis uel huiusmodi occupatam, inuito domino retineat?

Non ne huius mandati septa transiit? censore beato Paulo, transiit, ait enim: Reddite omnibus debita. & iterum: Nemini quicquam debeatis, nisi ut inuicem diligatis. Quin iura definiunt, filium quo ad hereditas suffecert, ea debere restituere, quae pater per furtum calumniam, sacrilegium, usuram, corrasit.

Quis qui hoc praecipuum negligunt, uidentur esse propinqui Praelati, si beneficia & sacerdotia indignis conferant. Clerici, si patrimonium Christi & Ecclesiae cum scortis & potatoribus abliguriant & decoquant. Tutores, si bona pupillorum dissipent. Praesides xenodochiorum, si peregrinos & infirmos negligant. Urbium oppidorumque praefecti, si publica munera fraudulenter administrent. Diuites, si egenis & pauperibus debitam eleemosynam subtrahant. Monachi, si ea quae quotidiano uictui super sunt, non legitime distribuunt. Demum omnes qui officijs uel artificijs quibuslibet praesident, si ea quae sui sunt muneris, dolose & negligenter exequantur & dispensent. Etenim Paulus a Corinthijs exigit: Inter dispensatores ut fidelis quis inueniatur. In dispensandis spolijs capti Hiericho, man-

Roma. 13
Ibidem
Extra de
usu. c. Michael.

Q

1. Corin. 4

Iosue 7 datum Iosue & Dei, Achã transgressus, uniuersi
populi lapidibus obruitur. Vnde igitur ijs (ut cum
Abacuc 2. Propheta concludamus) qui cõgregant nõ sua,
usquequo adgrauant contra se densum lutum?

De octauo præcepto.

Caput XII.

A



T homo homini iniurius est, si bo-
na illius temporaria occupet, disti-
neat, fraudet, interuertat: ita quo-
que iniurius erit, si falsum contra

exodi 20. eum testimonium cõmisiatur & effutiat. Ita-
que inter negatiua præcepta quartũ, inter uni-
uersa octauum est: Non loqueris contra proxi-
exodi 13. mum tuum falsum testimonium. Item: Non iun-
ges manum tuam ut pro impio dicas falsum testi-
Prouer. 15 monium. Iaculum enim & gladius, sagitta acu-
ta, homo qui loquitur contra proximum suum fal-
sum testimonium. Vnde testis falsus non erit im-
punitus, & qui mendacium loquitur, nõ effugiet.
Prouer. 19 Item: Testis mendax peribit.

B

Sunt in primis huius præcepti haud dubie
rei testes, si testimoniũ, iudices, si sententiam, ad-
uocati, si patrocinium, procuratores, si admi-
niculum, notarij, si ministerium, & id genus alij
homines in forensi iudicio circumstrepentes: si
qualecunque præsidium, contra ueritatem & iu-
sticiam, contra propriæ conscientie dictamen, &
contra

DE DECEM PRAEC. LIB.

Contra rectae rationis suffragium, quoquo modo
 tulerint dederintq;. Sapiens ait: Sex sunt quae Prouer. 6
 odit dominus, & septimum detestatur anima eius:
 testem scilicet fallacem, & eum qui inter fratres
 seminat discordiam. Item: Testis iniquus deridet
 iudicium, & os impiorum deuorat iniquitatem. Prou. 19

Parata sunt derisoribus iudicia, & mallei percu-
 rientes stultorum corporibus. In Deute. scribi- Deut. 19
 tur: Cum diligentissime perscrutantes inuene-
 rint falsum testem dixisse contra fratrem suum
 mendacium, reddent ei sicut fratri suo facere co-
 girauit. Adsertor noster Christus apud Mat- Matth. 13
 theum ait: De corde exeunt falsa testimonia, &
 haec coinquinant hominem.

Quid de iniqua sententia, quid de acceptione C
 tam munerum quam personarum dicemus? In-
 clamat Propheta: Vae qui iustificatis impium Esaiæ 5
 pro muneribus, & iusticiam iusti aufertis ab eo.
 Iob detonat, Ignis deuorabit tabernacula eo- Iob 15
 rum, qui libenter munera accipiunt. Sapiens ait: Prouer. 13

Conturbat domum suam, qui sectatur auaritiam:
 qui autem odit munera, uiuet. Item: Munera de Prou. 23

sinu impius accipit, ut peruertat semitas iudi-
 cij. Item: Victoriam & honorem acquireret, qui
 dat munera, animam autem accipientium auferet.

Ecclesiast. uerbum est: Xenia & dona exca- Eccle. 20

cant oculos iudicium, & quasi mutus in ore auer-
 tunt correctiones. Igitur in Exodo scribitur: Exodi 33

Non accipies munera, quae excaecant prudentes,
 & sube

- & subuertunt uerba iustorum. In Numer. Non accipietis precium ab eo, qui reus est sanguinis. In Deut. Maledictus qui accipit munera, ut percutiat animam sanguinis innocentis. Quod Iohel & Abia filios Samuelis fecisse liber Regum testatur, qui declinauerunt post auaritiam, acceperuntq; munera, & peruerterunt iudicium. Ceterum qui excutit manus suas ab omni munere, iste (ut Propheta ait) in excelsis habitabit.
- D** De persona non respicienda, edocemur à lege, à Sapientibus, à Prophetis, ab Apostolis, ab ipso deniq; Christo. In Deuter. dicitur: Nulla erit distantia personarum: ita paruū audietis ut magnum, nec accipietis cuiusquam personam, quia Dei iudicium est. Iosaphat Iudicibus dixit: Non est apud dominum Deum nostrum iniquitas, nec personarum acceptio, nec cupido munerum. Sapiens ait: Accipere personā impij in iudicio, non est bonum. Ecclesiasticus inquit: Nolite despiciere hominem iustum pauperem, & nolite magnificare uirum peccatorem diuitem. Item: Non accipies personam ut delinquas. Abacuc queritur: Lacerata est lex, & non peruenit usque ad finem iudicium, quia impius preualet aduersus iustum, propterea egredietur iudicium peruersum. Amos quoq; ait: Nescierunt facere iudicium rectum, & he saurizantes iniquitatem & rapinam in diebus suis. Iacobus scribit: Fratres nolite in personarum acceptance habere fidem domini nostri Iesu Christi.
- Deut. 27
 1. Reg. 8
 Deut. 2
 1. Para. 19
 Prouer. 18
 Eccle. 10
 Eccle. 42
 Amos 3
 Iacobi 2

DE DECEM PRAEC. LIB.

Christi. Itē: Si personā accipitis, peccatū opera Ibidem.
 mini, & redarguimini à lege, quasi transgresso-
 res. Petrus ait: Deus sine psonarū acceptione in 1. Petri 1
 dicat. Paulus: Non est acceptio personarū apud Roma. 2
 Deum. Item: Deus personam hominis non accipit. Gala. 2
 In Actis Apostolicis Petrus dicit: In ueritate cō Actu. 10
 peri, quòd non est personarum acceptor Deus. Po Ioan. 7
 strēmò Christus apud Ioumme Iudaeis respōdit:
 Nolite iudicare secundum faciem, sed iustum iudi-
 cium iudicate.

E
 Secundo ab hoc præcepto deficiunt, qui pro-
 ximo qualibet detractioe iniuriantur. Ut est im-
 falsus testis probis moribus insidiatur, & uitam
 bene actam carpit in iudicio: ita detractor in con-
 uuijs, secretis colloquijs, in publicis etiam con-
 gressibus, non quidem à fronte, sed à tergo. Item Leuit. 13
 in Leuitico scribitur: Non maledices surdo, nec
 coram cæco pones offendiculum. In Numeris: Nume. 14
 Omnes qui detraxerunt terræ quòd esset mala,
 mortui sunt, & percussi in conspectu domini. In Deut. 27.
 Deut. Maledictus qui clam percussit proximum
 suum. Sapiens ait: Detrahentia labia sunt pro- Prouer. 4
 cul à te, & remoue à te os prauum. Item: abomi-
 natio hominum detractor. Item: Detractoribus Prouer. 24
 ne commiscearis, quoniam repētē consurget per- Ibidem.
 ditio illorum. Eccle. inquit: Si mordeat serpens Eccle. 10
 in silentio, nihil eò minus habet, qui occultè detra-
 hit. Regij Propheta uerbum est: Detrahen- Psalm. 63
 tem secreto proximo suo, hunc persequer. Hic
 remia.

ARNOLDUS VESALIENUS

Hierem. 9 remia uerò: Sagitta uulnerans, lingua eorum
 Iacobi 4 dolum est. Iacobus scribit: Nolite detrabere al-
 Roma. 1 terutrum fratres mei, qui enim detrahit fratri,
 detrahit legi. Paulus Roma. scribens enuncia-
 Gatat. 5 detractores Deo odibiles, Galatas uerò corrip-
 ens ait: Si inuicem mordetis & comeditis, uide-
 ne ab inuicem consumamini.

F Detractorem illum esse putamus, qui aduer-
 sus fratrem id quod non est, comminiscitur & fra-
 git: qui quod est atrocius magisq; flagitiosum
 suis uerbis reddit: qui quod secretum est & ob-
 scurum, ex maleuolentia reteggit diuulgatq;: qui
 quod bonum est beneq; fit, perperam malaq; in-
 tentione fieri criminatur: qui quod pium, opta-
 bile & laude dignum est, uel in proximo inue-
 niri pernegat, uel inuentum eleuat silentio, frigi-
 daq; confirmatione, qui deniq; famam sauciat aut
 mordacibus epigrammatis & carminibus, aut li-
 bellis famosis, aut amarulentis iocis. Atq; adeò
 hoc postremum execrantur iura tam summorum
 Pontificum quàm Imperatorum, ut illa fontem
 flagellis, hac capitali sententia subiugandum
 decernant.

s. quaest. 1
 capit. 1.
 C. de fam.
 lib. L. Si
 quis

G Detractoribus finitimi sunt, qui detracta-
 tionibus faciles aures accommodant & susurro-
 nes atq; adeò ut huius quoque præcepti immemo-
 res esse uideantur, dicere solebat uir nò minus ui-
 ta sanctimonia quàm eruditionis claritate uene-
 randus suspiciendusq;. Detrabere uel detraben-
 tem

DE DECEM PRAEC. LIB.

tem audire, quid horum dānabilius sit, non facile
 dixerim. Ob id dixit Sapiens: Sepi aures tuas spi
 nis, & linguam nequam noli audire, & ori tuo fa
 cito ostia, & seras auribus tuis. Iubemur astringum
 aut bouem fratris, qui occiderit in uia subleuare,
 & famam proximi nostra auscultatione periclita
 ri sinemus; Nemo inuito auditori libenter refert,
 quod si recusauerimus audire, temperabit non du
 bium sycophanta à maledicentia. Ait enim Sa
 piens: Ventus Aquilo dissipat pluuias, & facies tri
 stis linguam detrahentem. In Decretis quoque
 Pontificum scribitur, nō solum reum esse qui alio
 malum profert, sed etiam qui aurem criminibus
 citò praeber.

Eccle. 18

Deut. 22

6. quest. i
 ex merito
 Prouer. 25

10. quest. 3
 nō solū. 1

Quòd si fortassis audiuerimus detractorum H
 sibila, & sycophantarum tonitrua, conuenit pla
 nē Sapiens consilio parēre. Audiisti, inquit, uer
 bum aduersus proximum tuum, commoriatur in
 te fidens, quoniam te non dirumpet.

Eccle. 18

Nunc de susurronibus. Susurronem cum
 Ecclesiastico finiemus uirum peccatorem, qui
 conturbat amicos, & in medio pacem habentium
 immittit inimicitia. Quis ergo nō uidet, hōc exe
 crabiliorem esse susurronem, quò amicicia quam
 uiolat, est gravior, concordia quam dissipat
 est iucundior, & pax, quam rumpit, est dele
 gibilior & magis necessaria? In Prouerbijs di
 citur: Verba susurronis quasi simplicia, & ip
 sa perueniunt ad intima cordis. Item susur
 rone

Eccle. 28

Prouer. 16

Ibidem

ARNOL. VESALIEN.

Leuit. 19

rone subtracto, iurgia conquiescunt. Ideo in Leuitico precipitur: Non eris criminator, & susurro in populis. Sapiens ait: Ne appelleris susurro in uita tua, & lingua tua ne capiaris & confundaris. Susurro enim coinquinabit animam suam, & in omnibus odietur. Item: Susurro & bilinguis maledictus erit, multos enim turbauit pacem habentes. Decreta Pontificū susurronē Iudæ proditori adsimulant, qui enim societatem fraternitatis aliqua discordiæ pestis commaculant, Deum

Eccle. 5

Eccle. 21

Eccle. 28

11. quæst. 3
abiit.

K

Tertiò extra limites huius mandati profiliunt, quicumq; mentiuntur, siue ioco, ut olecent, siue officio, ut prosint, siue pernicie quaspiam aut malicia, ut noceant, siue falsis uerbis, siue simularis operibus. Os enim quod mentitur, occidit animam. & Perdes omnes qui loquuntur mendacium. Item: Qui loquitur mendacia, peribit. Gnauius & circumspectè uniuersa scriptura detestatur & explodit mendacium: semper enim peccatum est: nam quid uerbum, nisi cogitationis nūcius? Quòd si uerbum aliud enūciat, aliud mens cogitet, nonne utrunq; suo officio perperam defungitur, uerbum legationis, & mens imperij? In Exodo scribitur: Non suscipies uocem mendacij, nec iunges manum tuam ut pro impio dicas falsum testimonium. In Leuitico: Non mentiimini, nec decipiat unusquisq; proximum suum. In Proverb. Sex sunt quæ odit dominus: oculos sublimes, linguam mendacem

Sapient. 1

Psal. 5

Prouer. 19

22. quæst. 2
mihi,

Exod. 23.

Leuit. 19

Prou. 6

DE DECEM PRAEC. LIB.

dace[m] &c. Item: Abominatio est domino, labia
 mendacia: qui autem fideliter agunt, placent ei. Prouer. 12
 Item: Verbum mēdax iustus detestabitur. Item: Prouer. 13
 Suauis est homini panis mendacij, & postea os Prouer. 20
 eius implebitur calculo. Item: Princeps qui liberi Prou. 29
 ter audit uerba mendacij, omnes ministros habet Eccle. 4
 impios. Ecclesiast. ait: Ne contradicas uerbo ue-
 ritatis ullo modo, & de mendacio ineruditionis
 tua confundere. Item: Noli uelle mentiri omne Eccle. 7
 mendacium, assiduitas enim illius non est bona.
 Itē: Potior est fur, quam assiduitas uiri menda- Eccle. 10
 cis: perditionem autem ambo haereditabunt. Hie Hierem. 7
 remas dicit: Ecce uos confiditis uobis in sermo- Mich. 6
 nibus mēdacij, qui non proderūt uobis. Micheas:
 Habitantes in ea loquebantur mendacium, & lin-
 gua eorum fraudulenta in ore eorum. Et ego er-
 go coepi percutere te perditione super peccatis
 tuis. Iacobus ait: Nolite gloriari & mendaces Iacobi 3
 esse aduersus ueritatem. Paulus scribit Ephe. Ephe. 4
 Deponētes mendaciū, loquimini ueritatem, unus-
 quisque cum proximo suo. Colossen. uerò: Nolite
 mentiri inuicem. In Apocalypsi quoque scribi-
 tur: Omnibus mendacibus, pars illorum est in sta
 Apoc. 22
 gno igne ardenti & sulphure, quod est mors se-
 cunda.

Mendacibus finitimi sunt hypocritae, ut enim L
 mendax aliud uerbis enunciat, aliud mente com-
 plectitur: ita simulator ab ijs alienus est, &
 discordat quae factis & operibus exprimit. Quis-
 quis

ARNOL. VESALIEN.

- quis igitur ementita opera & ficto labore imposturam meditatur, hypocrita est, atq; simulator dissimulator que, ab huius precepti terminus procul digrediens. Iob ait: Spes hypocrite peribit, non ei placebit uacordia sua, & sicut tela araneorum fiducia eius. Item: Non ueniet in conspectu Dei omnis hypocrita. Item: Laus impiorum breuis est, & gaudium hypocrite ad instar puncti. Item: Simulatores & callidi prouocant iram Dei. Ecclesiasticus monet: Ne fueris hypocrita in conspectu hominum, & ne scandalizeris in labijs tuis. Non ne Paulus ait esse ministros Sathane, qui transfigurentur ut ministri iusticie, quorum finis erit secundum opera eorum? Nonne Christus iubet: Cauete a fermento Pharisaeorum, quod est hypocrisis? Non ne inelamat: Vae uobis scribae & pharisaei hypocrite, qui clauditis regnum caelorum ante homines. Item: Vae uobis scribae & pharisaei hypocrite, qui decimatis mentam & anetum, & cyminum, & relinquitis quae grauiora sunt legis. Item: Vae uobis scribae & pharisaei hypocrite, qui mundatis quod de foris est calicis & paropsidis, intus estis pleni rapinae & immunditia. Item: Vae uobis scribae & pharisaei hypocrite, qui similes estis sepulchris dealbatis, quae apparent hominibus speciosa, intus uero sunt plena ossibus mortuorum & omni spurcitia: sic & uos apparetis hominibus iusti, intus autem estis pleni hypocrisi & iniquitate. Nonne ali-
- Iob 8**
- Iob 13**
- Iob 20**
- Iob 26**
- Eccle. 1**
- 1. Cor. 11**
- Matth. 6**
- Luca 12**
- Matt. 23**
- Ibidem**

DE DECEM PRAEC. LIB.

Ne alibi inquit: Vos estis qui iustificatis uos coram hominibus, Deus autem nouit corda uestra, quia quod hominibus altum est, abominatio est apud Deum.

Luce 16

M

Luce 15

Tobia 4

4. Reg 3
Eccl. 6

Prouer. 27

Prouer. 23

Hierem. 9

2. Cori. 10

Accedit ad mendacem iactator cum Pharisaeo illo Euagelico dimurmurans: Gratias ago quod non sum sicut ceteri homines, reptoress, iniusti, adulteri, uelut etiam hic publicanus. Iactator ea sibi arrogat, quae non habet, id est: uelut gloriam, uel lucrum aucupetur, quod fit, ut ab hoc precepto dilabatur. Tob. filium docuit: Superbiam nunquam in tuo sensu, aut in tuo uerbo dominari permittas, ab ipsa enim sumpsit initium omnis perditio. Anna mater Samuelis dixit: Nolite multiplicare loqui sublimia gloriantes. Ecclesiasticus ait: Non te extollas in cogitatione animae tuae. In Prouerbijs scribitur: Laudet te alienus, et non os tuum, extraneus, et non labia tua. Item: Qui se iactat et dilatat, iurgia seminat. Regius Propheta imprecatur: Disperdat dominus uniuersa labia dolosa, et linguam magniloquam. Hieremias scribit: Haec dicit dominus: Non gloriatur sapiens in sapientia sua, et non gloriatur fortis in fortitudine sua, et non gloriatur diues in diuitijs suis: sed in hoc gloriatur qui gloriatur scire et nosse me. Quam sententiam Paulus repetit Corinthis. Qui gloriatur, in domino gloriatur, non enim qui seipsum commendat, ille probatus est, sed quem Deus commendat.

- N** Mendacibus etiam illi sunt adfines, quos Ironia titillat. Qui scilicet, aut humile quiddam & sordidum de se enunciant, quod tamen in se ipsi non agnoscunt, aut præclarum aliquid & eximium de se pernegant, quod tamen in se ipsi per sentiscunt. Quocirca huius quoque præcepti immemores esse non dubium est. In Prouerb. dicitur:
- Prou. 26** Qui submiserit uocem suam, ne credideris ei, quod
- Eccle. 19** nam septem nequitie sunt in corde illius. Eccle. ait: Est qui nequiter se humiliat, & interiora eius plena sunt dolo.
- O** Ad mendacium postremo sodalitiū pertinent rabulæ, loquaculi, stultiloqui, scurra, uani loqui, blaterones & id genus alij, qui ea persequuntur, à quibus summopere cauendum est. In Prouerbis dicitur: In multiloquio non deerit peccatum: qui autem moderatur labia sua prudentissimus est. Item: Qui custodit os suum, custodit animam suam, qui autem inconsideratus est ad loquendum, sentiat mala. Itē: Qui custodit os suum & linguam suam, custodit ab angustiis animam suam. Eccle. Qui multis utitur uerbis, lædit animam suam. Item: Verbis tuis facito stateram, frenos ori tuo, & attende, ne forte labaris in lingua tua. Regius Propheta inquit: Vir linguosus non dirigetur in terra. Proinde orat, Pone domine custodiam ori meo, & ostium circumstantie labijs meis. Paulus scribit Ephe. Turpitudine, aut stultiloquium, aut scurrilitas, quæ ad rem non pertinet, nec

DE DECEM PRAEC. LIB.

nec nominetur in uobis. Timoth. scribit: Prophana & uaniloquia deuota, multum enim proficiunt ad impietatem. Quibus omnibus quasi colophonem addidit adsertor noster Christus apud Mattheum dicens: Dico autem uobis, quoniam omne uerbum ociosum quod locuti fuerint homines, red-
dent rationem de eo in die iudicij.

Postremo huius praecepti obliuiscuntur, qui P
aduersus magistratus, praesides, tam Ecclesiasticos quam seculares diras conspirationes detexunt, funestos tumultus excitant, execranda murmura profundunt, & probrosa linguae sibila ingeminant. Murmurauit contra fratrem Maria soror Moysi, & lepra percussa est. murmurauerunt Israelitae & audierunt: Omnes qui numerati estis a uiginti annis & supra, & murmurastis contra me, non intrabitis in terram, super quam leuaui manum meam, ut habitare uos facerem. Iudith ad presbyteros ait: Qui impatientiam suam & improprium murmurationis suae contra dominum protulerunt, exterminati sunt ab exterminatore, & a serpentibus perierunt. Huius Paulus meminit ad Corinth. Neque murmuraueritis sicut quidam eorum murmurauerunt & ab exterminatore perierunt. Conuenit itaque obtemperasse consilio sapientis, paruisse mandato Pauli. Sapiens ait: Tumultus murmurationum non abscondetur, custodite ergo uos a murmuratione, quae uobis prodest. Paulus: Omnia facite sicut

2. Tim. 2

Matth. 12

Nume. 12

Nume. 14

Iudith 2

Nume. 21

1. Cor. 10

Sapient. 2


Philip. 2

ARNOL. VESALIEN.

murmurationibus & hasitationibus, ut sitis sine querela, & simplices filij Dei.

De nono præcepto.

Caput XIII.

- A**  Ex humana, oris & operis peccata cohibet. Legi diuina etiam cordis errata subduntur. Ait dominus ad Samuelem: Homines uidentur quæ foris apparent: Deus autem intuetur cor.
- 1. Reg. 15**
- Math. 15** Quocirca operum fœditatibus euulsis, postremum quæ de corde exeunt, cogitationes male et desideria reprimuntur. Idq; duobus præceptis, inter quæ hoc Veneris, illud alienæ rei, omni prorsus illicita concupiscentia homini interdixit.
- B** Supte natura delectat Venus: suapte natura utiles sunt diuitiæ: per se horribile & execrandum homicidium: per se aspernabilis & inimica falsitas. Itaq; illic separatim ab opere prohibetur desiderium, hic sub opere uetito comprehensa est cupiditas.
- C** Tria sunt, si Ioannem in Canonicis audiamus, quæ mundum periade ac quibusdam pedicis illaqueatū distinent: concupiscentia carnis, concupiscentia oculorum, & superbia uitæ. Concupiscentiam carnis nono præcepto dominus retundit. Non concupisces, inquit, uxorem proximi tui. Vt sexto præcepto, ab omni Veneris commercio extra legitimi thori fœdera tentato, prorsus
- 1. Ioan. 3**
- Exodi 20.**

DE DECEM PRAEC. LIB.

sus abstinere iubemur: ita istud mandatum ab omni illicita Veneris tum propenso & flexili desiderio, tum praecipiti & lubrico consensu nos retrahit.

Cui sententiae adstipulantur sapientes: sub-
 scribunt Prophetae: Apostoli fauent: & tandem
 Christus ipse opitulatur. In Prouerbijs scri- Prouer. 6
 ptum est: Non concupiscat pulchritudinem mu-
 lieris cor tuum, ne capiaris viribus eius. Item: Ibidem
 Mulier uiri preciosam animam capit. Insidiatur Prouer. 23
 enim in uia quasi latro, & quos incautos inueni-
 rit, interficiet. Eccle. ait: Mulier laqueus ue- Eccle. 7
 natorum est, & sagena cor illius, uincula sunt
 manus illius, qui placet Deo, effugiet illam, qui
 autem peccator est, capietur ab illa. Eccle. dicit: Eccle. 12
 Si praestes animae tuae concupiscētiā eius, faciet
 te in gaudium inimicis tuis. Item: Virginem ne Eccle. 9
 cōspicias, ne forte scādaliſeris in decore illius.
 Item: Auerte faciem tuam à muliere compta, Ibidem
 & ne circūspicias speciem alienā. Item: Propter Ibidem
 speciem mulierum multi perierunt: ex hoc concu-
 piscētia quasi ignis exardescit. An non id est,
 quod Daniel ad eū dixit: Quē nequitia non sine- Daniel. 23
 bat esse senem? Species decepit te, & concupiscē-
 tia subuertit cor tuum. Non ne Paulus in eundē
 scopum respiciēs ait! Nō regnet peccatū in mor Rom. 6
 tali corpore uestro, ut obediat concupiscētijs
 uestris. Itē: Mortificate mēbra uestra quae sunt Coloss. 3
 super terram, fornicationem, immunditiam,

ARNOL. VESALIEN.

1. Tim. 5 *libidinem, concupiscentiam malam. Item: Adolescentiores uiduas deuita: cum enim luxuriatae fuerint, in Christo uolunt nubere. Iacob. ait: Vnusquisq; tentatur à concupiscentia sua: concupiscentia cum conceperit, parit peccatum: peccatum cum consummatum fuerit, generat mortem.*
2. Petri 2 *Petrus ait: Nouit Deus pios de tētatione eripere, iniquos uerò in diem iudicij reseruare cruciandos: magis autem eos, qui post carnem in concupiscentia immunditiae ambulant.*

E *Sed ut nullum aequè uergens & graue est testimonium ac Christi: ita quoq; nullum perinde illustre & apertū, atq; eiusdem apud Matthaeum dicentis: Qui uiderit mulierem ad concupiscendū eam, iam moechatus est eam in corde suo.*

F *Ab hoc igitur praecepto per deuios trami-
tes abducuntur, qui uestium superuacaneo, insolentiq; ornatu, qui lasciuis oculis, & obliqua tuentibus hircis, qui arroganti testudineo que incessu, qui pedum composito gradu, qui crispantibus capillis, qui calamistro dirigentibus, atque in nodum contortis crinibus, qui picturato uultu, qui purpurisso oblitis genis, qui cerussata facie, qui manuum gesticulatione, qui geniculatiōe crurum, qui tacitis nutibus, qui clancularijs symbolis, qui fidei tesserijs, qui procorum internuncijs, qui odoramentorum fragrantia, qui carminum modulatione, qui rithmorum numeris, qui Phrygijs Lidis que modulis, qui mellitis sermonibus,*
qui

DE DECEM PRAEC. LIB.

qui uerborum lenocinijs, qui iucundis salibus, qui
 epi dis facetijs, qui diris minis & increpationi-
 bus, qui adulationibus ementitis, qui mendacibus
 & subdolis alloquijs, qui falsis pollicitationibus,
 qui indecoris basijs, qui exporrectis osculis, qui
 plausibilibus iocis, qui blando risu, qui immodera-
 to cachinno, qui fidium pulsu, qui sistri iactu, qui
 tympani bombo, qui tibiarum inflatu, qui denique
 quouis etiam corporis gestu, uocis attempera-
 mento, beneficio naturæ, artis doliq; ministerio,
 cupidinis illecebras uenales circumferunt: Vene-
 rem iniquam sollicitant, castitatem prostituunt,
 pudicitiam uendicant, uoluptates licentur, carnis
 prurium exuscitant, libidinis satietatem mercantur.

Ex innumeris ferè testimonijs pauca quæ-
 dam adduxisse sat erit. In Deut. scribitur: Non
 induetur mulier ueste uirili, nec uir utetur ueste
 foeminea. Annon id ad reprimendam concu-
 piscentiam demandatum esse putabimus? Quid Sa-
 piens dicat audiamus: Ecce occurrit iuueni ocio-
 so & uecordi per plateas transeunti mulier in
 ornatu meretricio, preparata ad decipiendas
 animas, apprehensum deosculatur iuuenem, &
 procaci uultu blanditur: egressa sum in occur-
 sum tuum desiderans te uidere, & repperi: inte-
 xui funibus lectulum meum: stravi tapetibus pi-
 etis: aspersi cubile meum myrrha & aloë & cy-
 namomo: ueni inebriemur uberibus, & fruamur

G
Deut. 22

Prou. 7

- cupitis amplexibus: donec illucescat dies. Mox subdit: Statim sequitur iuuenis, quasi bos ductus ad uictimam, & quasi agnus lasciuens, & ignorans, & ne scit, quòd ad uincula stultus trahatur donec transfigat sagitta iecur eius. Audiamus
- Esaiæ 3
Esaiam: Pro eo quod eleuatae sunt filiae Syon, & ambulauerunt extento collo, & nutibus oculorum, ibant & plaudebāt, & pedibus suis composito gradu incedebant: decaludabit dominus uerticem filiarum Syon: & dominus crimen earum nudabit. Item: Erit pro suauis odore foetor: pro Zona funiculus: pro crispāti crine caluitium: & pro fascia pectorali, cilitium. Audiamus Sophoniā: In die hostiae domini uisitabo super omnes, qui induti sunt ueste peregrina, & uisitabo super omnem qui arroganter ingreditur super limen in die illa. Audiamus Petrum: Mulierū non sit extrinsecus capillatura, aut circundatio auri, aut indumenti uestimentorum cultus: sed qui absconditus est cordis homo in incorruptabilitate, quieti & modesti spiritus qui est in conspectu Dei locuples. Sic enim aliquando & sanctae mulieres ornabant se subiectae proprijs uiris, sicut Sara obediebat Abrahae, dominum cum uocans. Audiamus & Paulum: Mulieres, inquit, in habitu ornato cum uerecundia & sobrietate ornantes se, non intortis crinibus, aut auro, aut margaritis, uel ueste preciosa, sed quod decet mulieres, promittētes pietatem per bona opera. Non

DE DECEM PRAEC. LIB.

ne postremum monet Christus, ne solliciti simus Matth. 6
 corpori nostro, quid induamur? Non ne capitis Matth. 10,
 nostri omnes etiam capillos numeratos esse testa-
 tur? & impune erit, si peregrinis alioq; orbe ad-
 uectis uestibus & pannis pudicos oculos irretia-
 mus, proliciamus uiduas, nundinemur puellas!

De decimo praeccepto.

Caput XIII.



Dostuemo mandato oculorum con- A
 cupiscentia euellitur. Ait domi-
 nus: Non concupisces domum proxi-
 mi tui: non seruum, non ancillam,

non bouem, non asinum, nec omnia quae illius sunt.
 Euellitur quoque superbia uita. Quae enim in re,
 aut procliuor aut arrogantior est superbia, quam
 in generis splendore, in famulorum stipatu, in di-
 uitiarum adfluentia, in possessionum amplitudi-
 ne.

Deficiunt igitur ab hoc praeccepto: Primum B
 qui corrogandis opibus plus nimio indulget, ob- Eccle. 10
 liti Sapiētis, qui ait: Nihil iniquius, quam amare pecu- Eccle. 31
 niam. Item: Qui aurum diligit, non iustificabitur. Eccle. 5
 Item: Qui amat diuitias, fructum non capiet Esaia 5
 ex eis. oblitus Prophetæ: Vae qui coniungitis do-
 mum ad domum, & agrum agro copulatis usque ad
 terminum loci. Numquid habitabitis uos soli in me-
 dio terræ: oblitus Apostoli: Qui uoluit diuites fieri 1. Tim. 6
 incidunt in tentationes, & in laqueos diaboli,
 & de-

ARNOL. VESALIEN.

& desideria multa inutilia & nocua, quae mergunt homines in interitum & perditionem. oblit deniq; Christi, qui ait : Non potestis Deo seruire & Mammonae: qui etiam semen, hoc est, uerbum Dei inter spinas collapsum, à solitudinibus & diuitijs suffocari, & non referre fructū apud Lucam testatur.

C Deinde ab hoc mandato desectunt, qui in congestas opes & spem collocant, & fiduciam obfirmant. Audiamus Sapientem: Qui confidit in diuitijs suis, corruet. Item: Quid profuit nobis superbia: aut diuitiarum iactantia quid contulit nobis? transferunt omnia illa tanquam umbra. Audiamus Iacobum: Exortus est sol cum ardore, & arefecit foenum, & flos eius decidit, & decor uultus eius deperijt: ita & diues in itineribus suis marcescet. Audiamus Paul. Diuitibus huius seculi præcipe non sublime sapere, neq; sperare in incerto diuitiarum, sed in Deo uiuo. Audiamus Prophetas: Argentum eorum & aurum eorum non poterit liberare eos in die furoris & irae domini. Audiamus deniq; Christum qui ait: Vae uobis diuitibus qui habetis hic consolationem uestram. Apud Marcum dicit: Filioli quam difficile est confidentes in pecunijs regnum Dei introire: facilius est camelum per foramen acus transire, quam diuitem intrare in regnum Dei.

D Huius etiam præcepti terminos excedunt, qui

DE DECEM PRAEC. LIB.

qui operum misericordiae tam spiritualium quam corporaliū, ut uocant, obliuiscuntur: quando scilicet opem nostram, proximi calamitas & miseria expectat, quam si negauerimus, fraternae charitatis non meminisse culpemur.

Ad huiusmodi enim opera nusquam non hor-
 tantur sapientes, inuitant Prophetae, exigunt
 Apostoli, alleclat Christus. In Prouerbijs dicitur: *Qui miseretur pauperi, beatus erit.* Item: *Honorat dominū, qui miseretur pauperis.* Item: *Ecce generatur domino, qui miseretur pauperis, & uicissitudinem reddet ei.* Item: *Qui obturat aures suas ad clamorem pauperum, ipse clauabit, et non exaudietur.* Ecclesiasticus ait: *Propter man- datum adsume pauperem, & propter inopiā eius non dimittas eum uacuum. pone thesaurum tuum in praeceptis altissimi, & proderit tibi magis quā aurum.* In Osea dominus ait: *Misericordiam uolui & non sacrificium.* In Zacharia: *Misericordiam & miserationes facite, unusquisque cum fratre suo.* Petrus dicit: *Estote patientes, fratres mei, & misericordes.* Iacobus: *Inuicem diligite, misericordiam sine misericordia ei, qui non facit misericordiam cum fratre suo.* Ioan. *Qui habuerit substantiam huius mundi, & uiderit fratrem suum necessitatem habere, & clauerit uiscera sua ab eo, quomodo charitas Dei manet in eo?* Paulus scribit: *Estote inuicem benigni, misericordes, donantes inuicem.* Timoth. scribit: *Exercitatio*

Proue. 14
 Ibidem
 Prouer. 19
 Prou. 21
 Eccle. 29
 Osea 6
 Zach. 7
 1. Petri 3
 Iacobi 2
 1. Ioan. 3
 1. Tim. 4

ARNOL. VESALIEN.

1. Tim. 5 *tatio corporis ad modicū utilis est: pietas ad omnia utilis est: promissionem habens uitæ. Item: Si quis suorū & maximè domesticorū curam nō habet: fidē negant, et infideli deterior est. Hebraeis etiā scribit: Beneficentiæ & cōmunionis nolite obliuisci, talibus enim hostijs promeretur Deus. Monet Christus, ut thesauri Zemus nobis thesauros in coelo, ubi nec erugo, nec tinea demolitur, & ubi fures non effodiunt nec furantur.*
- Hebra. 13.
- Matth. 6
- Matth. 5
- Mat. 9
- Lucæ 6
- Deut. 15
- Ibidem.
- Tobia 4
- Prouer. 28
- Eccle. 4
- Pronunciat Christus, beatos misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur. Hortatur Christus: Discite, quid est misericordiam uolo, & non sacrificium. Iubet tandem Christus: Estote misericordes, sicut & pater uester misericors est. Quod si fimbrias diducere, & huius rei inuolucra explicare libitum sit, uideamus primum de eleemosyna. In Deuteron. scriptum est: Non obdurabis cor tuum, nec contrahes manus, sed aperies eam inopi. Item: Non deerunt pauperes in terra habitationis tue. Idcirco præcipio tibi, ut aperias manum fratri tuo egeno, & pauperi qui tecum uersatur in terra. Tobias ait: Ex substantia tua fac eleemosynam, & noli auertere faciem tuam ab ullo paupere, fiducia enim magna erit coram summo Deo eleemosyna omnibus scientibus eam. In Prouerb. dicitur: Qui dat pauperi, non indigebit: qui despicit deprecātem, sustinebit penuriam. Ecclesiast. iubet: Fili, eleemosynam pauperis ne defraudes, & oculos tuos ne trans-

DE DECEM PRAEC. LIB.

transuertas à paupere. Item: Eleemosyna uiri
 quasi sacculus cum ipso, & gratiam hominis qua- Eccle. 17
 si pupillam conseruabit. Daniel ad Nabuchodo- Daniel. 4
 nosor dixit: Peccata tua eleemosynis redime, &
 iniquitates tuas misericordijs pauperum, forsi-
 tan ignoscet Deus delictis tuis. Paulus ait: Di-
 uitibus huius seculi praecipe tribuere, communi- 1. Tim. 6
 care, thesaurizare sibi thesaurum bonum in fu-
 turum: ut apprehendant uitam eternam. An- In Acti. 10
 gelus ad Cornelium in Actijs Apostolorum di-
 xit: Orationes tuae & eleemosynae tuae adscende
 runt in memoriam in conspectu Dei. Christus
 ait: Quod superest date eleemosynam, & ecce om-
 nia munda sunt uobis. Item: Vendite quae posside-
 tis, & date eleemosynam: facite uobis sacculos
 qui non ueterascunt; thesaurum non deficientem
 in caelis.

Videamus deinde, quid nam scriptura de eo G
 dicat, qui uel sibi dum refocillet, uel fame leuat
 esurientem. Tob. praecipit: Panem tuum cum egenis
 & esurientibus comede. Sap. cōsilit: Si esurierit
 inimicus tuus, ciba illi, si sitit, potum illi da, primas
 enim cōgregabis super caput eius. Esa. ait: Fran- Esaia 18
 ge esurienti panem tuum. Item: Cum effuderis esu
 rienti animam tuam, & animam adflictam repleue-
 ris, orietur in tenebris lux tua, et tenebrae tuae
 erunt sicut meridies. Ezech. dicit: Qui panem esu- Ezech. 18
 rienti dederit, uita uiuet. Ioannes ad se uenienti
 turbae, petentiue consilium super agenda peeni- Luca 3,
 teri-

ARNOL. VESALIEN.

- Lucæ 14 *sentia, respondit: Qui habet escam, det non habenti. Christus apud Lucam ait: Cum facis conuiuium, uoca pauperes, debiles, claudos & cæcos, et beatus eris: quia non habent retribuere tibi: retribuetur autem tibi in resurrectione iustorum.*
- Matth. 10 *Apud Matth. Qui potum dederit uni ex minimis istis calicem aquæ frigida tantum in nomine discipuli, amen dico uobis, non perdet mercedem suam.*
- H *De hospitalitate quid dicemus? an non Loth angelos Sodomam ingressos orauit, ut declinarent ad domum eius, ibiq; manerent? non ne illos aliquantisper morantes compulit oppido, ut diuerterent ad eum? non ne ingressis iam domum, fecit conuiuium? Non ne Raab meretrix uiros exploratores in domum excepit, exceptos abscondit & operuit stipula lini, opertos demisit per funem de fenestra? Non ne uirum Leuitam in platea ciuitatis sedentem cum uxorecula & puero, cui etiam petenti hospitium in urbe denegatum erat, senex homo ex agro reuersus, in domum suam excepit? Dominus per Prophetam iubet, Egenos uagosq; induc in domum tuam. Petrus 1. Petri 4 monet, ut hospitales inuicem simus sine murmuratione. Paul. Vt necessitatibus sanctorum simus communicantes, & hospitalitatem sectantes. Itē alibi, ut hospitalitatem nolimus obliuisci, per hanc quidam placuerunt Angelis hospitio receptis.*
- Hebr. 13 *Sed quid Christi uerbo, aut uerius, aut illustrius esse*

DE DECEM PRAEC. LIB.

esse potest? Hic ait: Qui uos recipit, me recipit. Matth. 10
Matth. 15
Matth. 25
Item: Qui suscepit unum talem paruulum in nomine meo, me suscipit. Item: Hospes eram & collegistis me, possidete paratum uobis regnū a constitutione mundi.

Nudum quoque uestiendum esse docebit nos I
Tobias. De uestimentis, inquit, tuis nudos tege. Tobiae 4
Docebit Esaias: Cū uideris nudum, operi eum Esaiæ 58
Ezech. 18
& carnem tuam ne despexeris. Docebit Ezechiel: Si nudum operuit, uita uiuet. Docebit Ioannes baptista: Qui habet duas tunicas, det non habenti. Docebit tandem ipse Christus dicens: Nudus eram, & cooperuistis me.

Infirmos etiam reuifere non pigebit, si Ecclesiasticum audiuerimus: Non te pigeat, inquit K
Eccle. 7
ille, uisitare infirmum, ex hoc enim in dilectione firmaberis. Iacobi uerbum est, Religio munda & immaculata est hæc, uisitare pupillos, & uiduas in tribulatione eorū. Accedit quoque Christi calculus, Infirmitas eram & uisitastis me.

De redimendo in fonte, Prophetarum & L
Christi testimonia, produxisse fortassis sufficiet. Esaias ait, Subuenite oppresso, iudicate pupillo, defendite uiduam, & uenite & arguite me Esaiæ 1
dicit dominus. Hieremias dicit, Eruite ui oppressos de manu calūniantis, ne forte egrediatur ut Hierem. 23
ignis indignatio mea, & succendatur, & non sit qui extinguat propter malitiam studiorum uestrorum. Item, Liberate ui oppressum de manu Hierem. 22
F calum-

ARNOL. VES ALIEN.

Matt. 25 calumniatoris: & aduenam, & pupillum, & uidu
am nolite contristare. Christi uerbum est: In car
cere eram, & uenistis ad me, &c.

M Sepultura beneficium non esse negligendum
2. Reg 2 in primis testabitur David, qui ad filios Iabes Ga
laad dixit: Benedicti uos à domino, qui fecistis mi
sericordiam hanc cum domino uestro Saul, & se
pelistis eum. Et nunc retribuet uobis quidem do
minus misericordiã & ueritatem. Accedit To
biæ 1

Tobiæ 1 Tobias, qui mortuis atque occisis sepulchram soli
Tobiæ 1 2 citus exhibēs, ab archangelo Raphaële audiuit:
Quando sepeliebas mortuos, & dereliquebas
prandium tuum, & mortuos abscondebas per di
em in domo tua, & nocte sepeliebas eos, ego obtu
li orationem tuam domino. Monet quoque Eccle
Eccle. 38 siasticus: Fili mi, in mortuū produc lachrymas,
& quasi dira passus, incipe plorare. Et secundum
iudicium cõtege corpus illius, & ne despicias se
pulturam illius.

N Quid attinet enumerare opera misericordiæ
spiritualia? quando perspicuum est, cum & Pau
li & Christi documentis abhorrere, quisquis ho
rum negligentior fuerit. Scribit Paul. Galatis:
Galat. 6 Fratres, si præoccupatus fuerit homo in aliquo
delicto, uos qui spirituales estis, instruite huius
1. Theff. 5 modi in spiritu lenitatis. Scribit Theffal. Roga
mus uos fratres, corripite inquietos, consolami
ni pusillanimes, suscipite infirmos, paciētes esto
2. Theff. 3, te ad omnes. Scribit eisdem: Si quis non obedie
ris

DE DECEM PRAEC. LIB.

rit uerbo nostro, nolite hunc quasi inimicum estimare, sed corripite ut fratrem. Christus ait: Si peccauerit in te frater tuus, corripe eum inter te, & ipsum solum. Matth. 18

Ab huius postremo mandati scopo illi longius euagantur, qui familiae salarium, qui operariorum mercedem, fraude, mora, aut quouis quæsito colore interuertunt, qui iniquè parta, restituere tardant, qui prætextu distribuendæ elemosynæ, ædificandi templi, instituendi sacerdotij, erigendæ sodalitatæ, aut cuiuslibet pie functionis, alienis diuitijs inbiant, extraneas possessiones aucupantur, & opes non suas congerunt, qui deniq; mala cupiditate uicti, cuiusuis criminis aut flagitij laqueis irretiuntur. Nam bona est lex Aug. de cõ
sti. cap.
Nam con
cupiscẽtiã
1. Tim. 6
(inquit ille) quæ dum concupiscẽtiam prohibet, omne malum prohibet. Quandoquidem radix omnium malorum est cupiditas, quam quidam appetentes errauerunt à fide, & inseruerunt se doloribus multis.

P E R O R A T I O.



IC de præceptis libellus, ea ratione congestus est, non ut emunctæ naris & acrioris iudicij hominibus satisfaciatur: sed mediocris cum in

1. Cori. 2.

genij, tũ eruditionis populo, si modò ulli placitum est, blãdiatur. Non enim persuasibilis huma

P E R O R A T I O .

Coloss. 2

Hebr. 5

ne sapientia uerbis argumentum pertractat, sed deuissa & humili oratiōe, in uirtute dei precepta delineat. Neq; sublimitate sermonū exercitatos sensus ad certamen prolicat, sed paruulis lac non solidum cibum ministrat. Nihil est, quod ad palatum omnium faciat. Sunt, quos uerborum mundicies adeò allectat, ut nisi illa lectionem iā adituris suboleat, mox contemnant sententias quamlibet graues, respuant orationem quātumlibet eruditā, nauseāt lucubratiōes alioquin nō contemnendas. Sunt quorum auribus, non tam uerborum tinnitus applaudit, quā sententiarū maiestas, argumentorum splendor, authoris industria, & scriptoris acumen, tum in adserendis iis quæ congruunt, tum in diluendis quæ refragantur. Sunt demum qui utrunq; anxie expectat, & elegantium uerborum delectum, & præstantis argumenti exactam simul & dilucidam enarrationem. Quòd si oratio fortassis (ut fit) suis membris aptè non cohareat, si numeris diffuat. si in aequali dictiōis procella feratur, nunc plus equo intumescat, nunc concidat, nunc hiulca, nunc sale brosa, nunc concitator, nunc coactor sit. Item si argumentum tractetur pressius, si laxius, si obscurius, si perplexius, si uerbosius quā par est, clamitant indoctum esse authorem, indiligentem, somnolentum, misis inuisum, æstinum (ut dicitur) ad byram. Id illi cum literis esse commune, quod graculo cum fidibus. Habet hic libellus argu-

men-

PERORATIO.

mentum non omnino sterile & infœcundum, quibus
 eiusmodi etiam, quod cum iudicium & acumen
 Augustini, tum eruditionem & calamū fatiga-
 re posset Hieronymi. In quo si nulla mundioris
 styli emicent lineamenta, si nulli Rhetorum colo-
 res spectentur, si nulla Theologorum appareāt
 theoremata, si nulla deniq; philosophorum epi-
 cheremata conspiciantur: est, quo facile ueniā de-
 precetur libellus. Nempe enatus est: non, ut diu
 supersit, aut doctæ posteritatis iudicium expe-
 cter, sed ut simul cū eo, in cuius gratiam prodijt,
 intermoriatur. Enatus est, ut gratiæ illius, cui
 dicatus est, nō cuiuslibet Grammaticuli expecta-
 tioni arrideat. Illius gratiæ ea mehercule pla-
 cent, quæ rudia, quæ nuda, quæ aperta, quæ can-
 dida, quæ solida, quæ nulli non obuia, quæ synce-
 ra, non quæ fucata, quæ simplici ueritatis breui-
 tate nituntur, non quæ longo argumentorum am-
 bitu inuoluta sunt, quæ sacre scripturæ mini-
 mentis uallantur, non quæ subtili humana ratio-
 nis artificio connexa sunt, quæ Prophetas spi-
 rant, Apostolos referunt, Euangelistas attol-
 lunt, non quæ Chrysippos, Carneadas, Plato-
 nas, Aristoteles aut Demosthenes. Quod si ad
 illius stomachum faciat libellus, cuius gratiæ &
 ortum, quod in lucem prodijt, & obitum debet, si
 mox intercidat, abundè suo munere perfunctus
 erit, etiam si non sit cui amplius placeat. Sunt
 pleraque in abstrusioribus bibliorum angulis pe-

PERORATIO.

nitus recondita præcepta, quæ si quis in hunc li-
 bellum non esse coniecta fuerit calumniatus: re-
 spondebitur, illa ipsa facile ad ea quæ hîc expli-
 cata sunt, citra ullam aut ingenij labem, aut iudi-
 cij notam reuocari. Quæ enim finitima sunt & co-
 gnata, quæ ex uno fonte promanant, quæ eadem
 radice suppullulant & fouentur, quis non uidet
 uno eodemq; præcepto uel adfirmari uel uetari?
 Ita si de arrogantia nihil, nihil de ieiunio di-
 ctum sit, illic ad iactantiam, hîc ad quartum
 præceptum recurritur. Præterea nihil incom-
 modi est, si idem ad diuersa præcepta relegatum
 quisquam animaduertit. Quandoquidem pro
 circumstantiarum (ut uocant) respectu, pro ra-
 tionis discrimine, pro modo rei, pro materia am-
 bitu, pro authoris denique arbitrato, interim
 huic, interim alteri præcepto, idem uideri potest
 adfines. Quis non uidet mendacium secundo præ-
 cepto aduersari? An ob id à falso quoq; testimo-
 nio alienum est? Plura etiam testimonia ex am-
 plissimo scripturarum penu corrogari potuisse,
 ad ea ualidius munienda, quæ libellus complecti-
 tur, in confesso est: cæterum ea ut fastidium le-
 cturienti, ita quoque obscuritatis nubeculam le-
 ctioni obtendissent. Quæ enim laboris pertæ-
 sum, à lectione non auertent temerè congesta-
 rum autoritatum uehicularum? aut quæ iucunda
 simul & dilucida lectio esse potest, ubi cum testi-
 monijs pertinacius quàm cum ipso argumento ue-
 litari-

P E R O R A T I O .

litandum est? Postremò quosdam dubitationum
 difficultatum que scrupos, qui superciliosis acu-
 leatisq; tum philosophis, tum theologis magnope-
 rè placent, hic libellus consulto non diluit, ne sci-
 licet (ut plerunque sic) obiectionum & replica-
 rum labyrinthum ingressus, & uiarum sese pe-
 nitus implicantium ambage remoratus, ab erro-
 re in errorem deuoluatur, atque tacita alterca-
 tione ueritatem amittat. Aduertit etiam huic
 seculo ea esse gratiora, quæ sacrarum literarum
 fundamentis nituntur, quàm quæ argumentorum
 tendiculis, obiectionū pedicis, & contis re-
 plicarum conquisita sunt. Illius tamen lectorem
 admonet libellus, ne mox animum despondeat, si
 quid præceptis adhibitum inuenerit, cuius sese
 reum agnoscat, & idcirco mortalis etiam no-
 xæ laqueis irretitum uereatur. Sunt enim ple-
 raque ijsce præceptis adsarcinata, quorum
 transgressus non intentat mortem, sed meretur
 ueniam, gratiam non explodit, sed tolerat, non
 profligat charitatem, sed sociam patitur. Men-
 dacium cum aliquot præceptis depugnat, sed ioco,
 aut industria etiam citra ullius perniciem
 effusum, quis mortale peccatum arbitrabitur?
 Itaque uerbum adsertoris CHRISTI, non
 minus uerum quàm succinctum, neque minus sa-
 lutare quàm breue: Si uis ad uitam ingredi ser-
 uata mandata, hic libellus ut paulò reddidit di-
 ductus, ita quoque explanatus.

ARNOL. VESALIEN.

*Diductio mandatorum suffragatur multitudi-
ni, explanatio rectæ ueritati. Id quicquid est, pie
candideq; lector boni consule.*

DE CVLTV ET VENERATIONE

DIVORVM ADSSERTIONES,

authore Arnoldo Vesaliensi theo-
logo.

PROLOGVS.



MERSERVNT QUI
dam sub prætextu Euan-
gelij & umbraculo uerita-
tis falsa dogmata dissemi-
nantes, conturbantesq; or-
bem Christianum, tranquil-
litatem Reipublicæ Chri-
stianæ, & fidei sincerita-
tem. Qui sanè impudenter nimis, ne dicam impiè,
in primis asseuerant, diuos, coeli incolas, & Chri-
sti cohæredes, non esse uenerandos & colendos.
Deinde diuorum opem & patrociniũ nihil faci-
unt, & quod consequens est, postremò reliquias
fastidiunt & subsannant. At hæc quidem patra-
re non

DE VENERAT. SANC.

re non reformidant contra Ecclesie consuetudinem, tanto temporum interuallo confirmatam, contra sanctorum patrum testimonia, contra sacra scriptura genuinam & ueram intelligentiam: Ego ut illorum fraudulentis & peruersis conatibus obsistam, corrogavi aliquot auctoritates ex locupletissimo penu sacrarum literarum, quibus obiectus, aduersariorum tela, partim in ipsos hagiomastigas, hoc est, diuorum calumniatores retorqueam, partim a Christiano grege, & orthodoxa fidei cultoribus propellam.

DE DIVORVM VENERATIONE.



Vne igitur (ut tecum congregiar, insane diuorum irrisor) illum esse uenerandum negabis, quem pater coelestis honorificat? Adsertor

noſter Chriſtus apud Ioannem ait: Si quis mihi ^{ioh} miniſtrauerit, honorificabit eum pater meus. Diuos qui Chriſtum imitati ſunt, qui Chriſto miniſtrauerunt, qui animam ſuam in hoc mundo ode- runt, ut in uitam aeternam cuſtodirent, pater coe- leſtis honorat, & tu honore priuas? Chriſtus mi- niſtris ſuis honorificatiõem pollicetur, tu diuos iam cum Chriſto ſine fine regnatu- ros, ab honore & ueneratione repellis? Animaduerte quaere

Lucæ 12

so, quàm bene tibi conueniat cum promissis Christi, cum Euangelij documentis. Non ne Christus sub patris familiâs parabola, ijs sese ministraturum dicit, quos è famulis inuenerit uigilantes? & tu diuis in æterna beatitudine existens ministerium uenerationis denegas? Audi Lucam, cuius laus in Euangelio: Beati serui illi, quos cū uenerit dominus, inuenerit uigilantes, amen dico uobis, quod præcinget se, & faciet illos discumbere, & transiens ministrabit illis. Discors planè & ex diametro pugnans sententia inter Christum & eū qui Christiano nomine se iactat: Illic enim humilis dominus se præcinget, ut sanctis & amicis suis famuletur, hîc tu pernicax diuorum contemptor, animum obfirmasti, ut sanctis & electis insultares. Illic creator à se conditæ creaturæ accubitū parat, hîc creatura creatorē in sanctis suis mirabilè aspernaris. Illic redemptor transiens ministrabit, hîc uesanus hominū cio quos honorare redemptor mandat, irrides.

Matth. 4

Sed ais, sacra scripturæ testimonia te secutum, isthæc opinari scriptum esse in Matth. Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruias.

Deut. 6.
& 10.

Item in Deuter. Dominum Deum tuum timebam, & illi soli seruias. Item Paulum & Barnabam

Actu. 14

in Lystris, honorem sibi à turba & sacerdote Iouis exhibitum refugisse. Item, angelum Ioanni

Apoc. 19

ante pedes adonare uolenti dixisse: Vide ne feceris, conseruus enim tuus sum, & fratrum tuorum

DE VENERAT. SANC.

vium, Deum adora.

Rectè tu quidem hæc citas, & uera sunt quæ Solutio-
 citas, sed uereor ne rectè intelligas. Deerrant
 sæpenumero in sacrarum literarum uero sensu
 eruendo, qui ad eas tractandas illotis (quod a-
 iunt) manibus prodeunt, nempe qui litera inhæ-
 rere ita solent, ut spiritū negligāt. Quod & tibi
 accidisse facile monstrabo. Afferis enim so-
 lum Deum esse adorandum, fatemur, sub certo in-
 telligentia temperamento. An non Nabucho- Daniel. 8
 denosor rex Danielem adorauit? Iudith Holo- Judith. 10.
 fernem in Conopeo sedentem? Natan Propheta Iosue. 5
 Dauid regem? Iosue principem exercitus tenen- 3. Reg. 1
 tem euaginatū gladium? & tandem Abraham Gene. 18
 (ut aliquando finiam) angelos? Et tu me adstrin-
 ges, ut citra distinctionem, citra ueri intellectus
 condimentum simpliciter admittam, solum Deum
 esse adorandum? aut enim hęc distinguas, necesse
 est, aut sacram scripturā à se disidere, atque se-
 cum pugnare confitearis oportet. At quid tam
 absurdum, tam perniciosum esse potest nostræ re-
 ligioni, quam sacrarum literarum pugnantiam
 & discordiam agnoscere?

Ad hæc non discrepat, quod subditur, soli
 scilicet Deo esse seruiendum. Paul. ad Timoth. 1. Tim. 1
 Regi seculorum immortalī inuisibili soli Deo ho- Rom. 2
 nor & gloria in secula seculorum. Ad Roman.
 uerò: Gloria & honor & pax omni operanti bo-
 num, Iudæo primū & Græco: Viden hęc eiusdem

ARNOL. VESALIEN.

authoris pugnantēs sententias? elanguēset itaq;
uel Pauli auctoritas, uel ea quę secum pugnarē
uidentur, distinctione mitiganda sunt, & diuisione
ne leuiganda.

Quod si adorationis, si honoris distinctione
opus sit, qui fit, ut simpliciter pronūcies, quod ue-
rium est & multijugum? Cur in unum sectionis
membrum sic inclinas, ut alterū reijcias penitus?
Colimus & adoramus Deum, ut creatorem, ut
redemptorem, ut remuneratorem: colimus & ue-
neramur diuos, tanquam diuina excellentia quo-
dammodo consortes. Quos sanē regius Prophe-
ta deos uocat & filios excelsi omnes: Quos De-
us, præcone Paulo, prædestinauit conformes fieri
imaginis filij sui. Quos denique Christus per
Matth. & Marc. fratres suos, sorores & matres
appellat. Illud adoratiōis genus Chrysostomus,
August. & sacrosancta doctorū turba ^{καταπέλας}
hoc uerò ^{καταπέλας} appellare solent, ut latrāiam soli
Deo tribuimus: ita duliam diuis & sanctis com-
muniter impartimus.

Roma. 2
Matth. 12
Marci 3

Hic fortasse nares corrugabis, audito nouo
quodam prodigio recentium uocabulorum. Sed
mihi crede, non esse ociosam uocularum inuentionem,
quam sancti patres, cum ad sacrarum literarum
tenebras illustrandas, tum ad placandas quo-
rundam locorū discordias, salubriter & piē
docuerunt.

DE

DE DIVORVM INVO-
catione.



Secundò clamitas uesane mæstiga,
sanctorum opem non esse imploran-
dam, tuis, nescio an Dei præsidijs
confisus. Quòd si tuis, iam Paulum 2. Cor. 3

lapsum fateberis dicentem: Non sumus sufficien-
tes cogitare aliquid à nobis quasi ex nobis, sed
sufficiencia nostra ex Deo est. Quòd si Dei, non
est excludendum sanctorum patrocinium, quip-
pe cum Deus quoq; nos per Iob hortetur, ut uo- Iob 5
cemus & ad aliquem sanctorum conuertamur.

Quod ut planius intelligas, libuit hoc loco oratio
nem futurà paulò laxius explicare. Tu ne tan-
dem illorum opem exhibiturus es aut reiectu-
rus, quorum preces toties ira Dei resistierunt? Exod. 23.
toties manum iam fulmina parantem auerterunt?

toties Deum ad uindictam accinctum placarunt? Psal. 105
Non' ne dominus loquitur ad Moysen: Dimitte
me ut percutiam populum istum, & faciam te in Psal. 108
gentem magnam? Non' ne dominus dixit ut di-

sperderet Israëlitas, si non Moyses electus eius
stetissent in confractione in conspectu eius? Non- Nume. 16
ne stetit Phinees & placauit & cessauit quassa-

zio? Non' ne Aaron arrepto thuribulo inter
iguem arsurumq; populum medius stetit, & Dei Iacobi 5
ira cessauit? Non' ne si Iacobum audias, multum

ualet deprecatio iusti assidua? Non' ne Helias
orauit, ut non plueret super terram, & non pluit
annos

CARNOL. VESALIEN.

annos tres & menses sex? Non'ne rursum orauit, & coelum dedit pluuiam, & terra dedit fructum suum? Hic Mosi, Phinees, & Aaron opem sensit populus Israëliticus, & tu beatorum opem explodes? Hic Helia intercedente, terris pluuiæ & adëptæ & restituta est, & tu sanctorum interuentum inanem esse putabis?

Obiectio

Dices fortasse cum Vigilantiõ, uiuos mutuo pro se orare posse, nullius autem demortui pro alio exaudiendã esse orationem, atque ita diuorum opem, quam fusa ad Deum pro nobis oratione fieri optamus, expectandam non esse. Hic tibi respondebit Hieronymus: Si Apostoli & martyres adhuc in corpore constituti, possunt orare pro cæteris, quando pro se debent esse solliciti, quanto magis post coronas, uictorias, & triumphos? Siquidem Stephanus imitator domini fuit, & primus in Christo martyr, pro persecutoribus uiuens ueniam deprecatus sit, nunquid postquam cum Christo esse coeperit, minus ualebit? Paulus ducentas septuaginta sex animas sibi adhuc uiuenti condonatas in nauis testatur: at postquam resolutus cum Christo regnat, nunquid iam ora clausurus est? Non sunt diuorum iam perfecta charitas, ut mortui minus aut uelint aut possint quæ uiui poterant. Multum orat (ut Machabæorum libro scribitur) pro populo & uniuersa sancta ciuitate Hier. propheta Dei. Adscendisse fumum incensorum de orationibus sanctorum, de manu en-

Cõtra Vigilantiũ Respon. sio.

Actu. 7

Actu. 27

2. Mach. ult.

geli

DE DIVORVM INVOC.

geli, coram Deo, Apocalypsis testatur. Apoc. 8

Rursum, obmurmuras Deum scrutari corda nostra, Deum nosse quorum indigemus, proinde opus non esse, neque nobis quidem intercessoribus qui vota nostra Deo exponant, neque Deo ministris, per quos exauditam esse orationem nostram declaret. Cæterum quemadmodum Deus est qui vota nostra exaudire, qui orationes implere potest. Dominus est, qui gratiam & gloriam dabit: ita quoque Dominus Deus interim neque votis annuit, neq; exorabilem se præstat, nisi intercedentibus diuis. Nonne apud Ezechie. Ezech. 22

Dominus ait: Quæsiui de eis uirum, qui interponeret maceriam, & staret oppositus contra me pro terra, ne dissiparem eam. Potuit utique Dominus non dissipare terram, at tamen uirum quæsiuit, quo interpellate à dissipatio remoraretur.

Non ne apud Iob dicit Dominus: Iob seruus Iob 41

meus orabit pro uobis, faciem eius suscipiam, ut uobis non imputetur stulticia? Non ne in eodem quoq; cap. dicitur: Dominus conuersus est ad poenitentiam Iob, cum ille oraret pro amicis? Orarunt haud dubie amici Iob, & exauditi non sunt, orauit Iob pro amicis, & conuertit se Dominus ad petitionem eius. Adeo efficax est iusti deprecatio assidua: adeo dulcis ante Deum oratio, ut Chrysostomus ait, quã charitas fraternitatis commendat, adeoq; magna sunt, auctore Augustino, in terris per sanctos curationũ solatia.

22. de ciuitate Dei.

ARNOL. VESALIEN.

Sed hæc mittamus, ad tertium accedentes.

DE RELIQUIIS DI-
VORVM.



Cōtra Vi-
gilantiū.
1. Cor. 6

1. Cor. 15
Aug. de ci-
uitate dei.

Ostremò doles (ut cum Hierony-
mo loquar) martyrum & catero-
rum diuorū reliquias precioso or-
periri uelamine, & non uel pannis
uel cilicio colligari, uel proiei in sterquilinum.
Quid te rogo reconditi sanctorum cineres offen-
dunt, quos etiā gentes, quæ Deum ignorant, mo-
uere ominosum esse putant? Cur ossa contemnis,
quibus corpus compaginatū fuit, domicilium in-
habitantis gratiæ? quibus mēbra cohaeserunt tem-
plum spiritus sancti? quibus olim diuina uirtute
coëuntibus, redintegratum corpus simul cum ani-
ma æternæ beatitudinis particeps erit? Si ani-
mam colas, cole & corpus diuorū, cole membra,
cole reliquias. Quod anima nunc consecuta est,
corpus olim proculdubio adipiscetur, surget e-
nim, ut Paulus ait, in incorruptiōe. surget in glo-
ria, surget in uirtute, surget spirituale. Tu de-
mortui patris relictam tibi uestem honorificen-
ter tractas, reuerēter induis, & ossa diuorum su-
gillabis? quæ sanè hoc magis honorari conuenit,
quò præstabiliora sunt indumento. Anulo, quē
amicus decedens ē uiuis tibi legauit, digitū non
exornas, nisi chari amici imago subeat, nisi dul-
cium uerborū memineris, nisi anulum etiam per-
petua

DE RELIQ. DIVORVM.

petua amicitia pignus relictum ex osculeris, & tu in cineres diuorum nobiscum repositos mordacem iocum confinges? Linguam coinquinatam quasi ignem deuorantem & gladium acutum exeres? Quid enim sunt cineres & res & ossa, nisi quaedam sanctorum pignora in terris relictæ? quæ & futuram resurrectionem nobis promittunt, & in corporis glorificationem spem nostram erigunt. Audi Prophetam dicentem: Resurgent qui erant in monumentis. Audi eundem in alio loco: Ossa nostra quasi herba germinabunt. Danielem audi testificantem, multos ex ijs qui dormiunt exurrecturos in uitam æternam. Audi Christum sese adferentem Deum Abraham, Deum Isaac, Deum Iacob, Deum inquam, non mortuorum, sed uiuentium. Quod si ossa renite scēt, si monumentis oclusi ad uitam excitabuntur, si Christus uiuentium Deus sit, Abraham, Isaac, & Iacob, non ex sola anima, sed anima & corpore coalitorum: qui fit, ut diuorum corpora uenerari refugias, quæ in æternæ uitæ communionē esse olim reuocāda, ex certissimis sacre scripturæ testimonijs liquidò cognoscis? Sed uereor ne stupidior sis quam ut hæc intelligas, aut saltem peruiacior quam ut intelligere uelis. Igitur orationē sistā, atque te hortabor, ut post Iacobi & hæc linguam reformes, ut ad sobrietatem sapias, ne forte thesaurizes tibi iram Dei in nouissimis diebus.

Esaiæ 26

Esaiæ 66

Daniel. 12

EIVSDEM AVTHORIS

Elegia summatim comprehendens passionem
Seruatoris nostri, collata cum
autographo.

EGRESSVS.



ORTVM egressus habet comi-
tes, et tedia mortis.
Orans procubuit. Terra cruore
mades.

Captus.

Oscula dat Iudas. Miles ruit. Arripit ensam
Petrus. Turba furit. Fit fuga. Palla manet.

Ductus ad Annam.

Petrus adit socium. Petrumq; ancilla moratur.
Multa rogat Praesul. Percutit ora manus.

Ductus ad Caiapham.

Deinde negat rursus. Mendax stat testis. Et
ardet

Praesul. Turba sinit. Cōcio blanda rogat.

Ductus ad Pilatum.

Poenitet hic Iudas. Rimatur crimina Praeses.
Accusant Scribae. Friuola causa datur.

Ductus ad Herodem.

Signa petit gaudēs. Ac multa interrogat heros,
Illudit tacito. Conciliatur amor.

Reda

DE PASS. CHRISTI.

Reductus ad Pilatum.

Excusat Præses, festi quoq; iura recludit.
Turba cruces iterat. Verbera dura crepant.
Mucice uestitur, sertis & arundine Christus
Ecce homo monstratur. Clamat apella cruce.
Clara Dei soboles prætozem terret. Amorq;
Cæsaris & pauidæ somnia dira nurus.
Experitur nebulo. Manibus dat Pontius undam.
Arbitrium vulgi Christe benigne subis.

Eductus ad caluariam.

Cruz humeris pēdet. Verulq; tenet. Eiulat ordo
Foemineus. Diro pocula felle rubent.

Suffixus in Gabalum.

Cingit latro pium. Sublata inscribitur arbos.
Scinduntur uestes. Vah per mane sonat.
Improperat latro. Latroni regna parentur.
Discipulus matrem suscipit inde suam.
Sol stupet. Inclamās animam cōmendat Iesus.
Disiliunt rupes, & noua busta patent.
Pectora plebs tundit. Mulierum prospicit ordo.
Centurio laudat. Crura minuta rigent.

Refixus depositusq;.

Impavidus stupidum prætozem accedit Ioseph,
Et mercata leui syndone membra tegit.
Centum adfert libras aloës Nicodemus amara.
Clauduntur tumulo pallida membra nouo.

τελθ.

DE IURAMENTO



VM uacent hoc in decalogi do-
 cto libello paginae quaedam, ni-
 hil accommodatius duxi, ma-
 gisq; ad rem presentē, hac pra-
 scriim tēpestate climacterica,
 infarciendum, quā de iuramento uitando: quod
 ad secundum pertinet Dei mandatum. Principio
 igitur persuadeamus, ut iuramentorum fuga in-
 melius mutationem faciant omnes. Et si enim heri
 & nudius tertius, & quā sepius de hac uobis
 locutus sim materia, neque tamē hodie desistam,
 neq; cras, neq; perendie eadem suadere. Et quid di-
 co crastinam, ad tertiam diem? donec uos corre-
 ctos uideam, non cessabo, non abistam. Si enim
 legem praeuaricantes non erubescunt, multo ma-
 gis nos iubentes ne praeuaricamini, admonitione
 continua confundi non est dignum. De iisdem e-
 nim continuē commonefacere, non dicentis, sed au-
 dientium est crimen, continuē indigentium disci-
 plinae super simplicibus & facilibus praeceptis.
 Quid enim facilius, quā non iurare? Consuetus
 dicitur tantum opus est, nō est corporis labor, non
 est pecuniarum impendium. Vis discere quomodo
 uicium superari possit, quomodo ab improba con-
 suetudine liberari liceat? Ego te quendam doce-
 bo modum, quem si tenueris, superabis omnino.
 Cū uideris te ipsum, uel alium quenq; uel seruo-
 rum uel filiorum, uel uxore hoc malo captos, &
 continuē commonefactos, neq; correctos, iube non
 pran-

VITANDO.

pransos cubare, & hanc tibi, illisq; damnationē
 impone: damnationem, non damnum sed lucrum fe-
 rentem. Talia enim spiritualia & lucrum ferunt
 & celerrimam correctionem. Lingua enim assi-
 ditur tribulata, uel nemine commonente, suffici-
 entem capit exhortationem à siti compressa, à fa-
 me angustiata, etsi omnium essemus studiosissimi,
 tota die huius tormēti magnitudine commoniti,
 alterius consilij & admonitionis non indigebi-
 mus. Laudastis dicta, uerū & factis laudem de-
 monstrate. Quod enim alioqui huius paraclesios
 emolumentum? Si quotidie puerilis ad scholas
 perget, postea nihil plus discat: num ad excusa-
 tionem sufficiet nobis ipsum quotidie pergere?
 Non ne hoc ipsum igitur maximum & duceamus
 crimen, quod per singulos dies illuc pergens,
 hoc frustra faciat? Hoc & in nobisipsis cogite-
 mus, & intra nosipsos dicamus. Tantum tempo-
 ris ad Ecclesiam occurrentes, & concione fruen-
 tes, perquam mirabili & multum lucri habentes:
 si tales rursus discedamus quales aduenimus,
 nullum defectum nostrorum corrigentes, quae
 nobis erit huius profectiois utilitas? Etenim
 multa propter se non fiunt, sed propter euenien-
 tia ex ipsis. Quale illud est: Seminans non pro-
 pter hoc seminat ut tantum seminet, sed & ut me-
 tat: quod nisi hoc fieret, & damnum sementis pa-
 teretur: seminibus temere & incassum marcesca-
 tis. mercator non propter hoc nauigat ut tan-

DE IVRAMENTO.

tum nauiget: sed ut peregrinatione maiorem fa-
 ciat rem: quod nisi hoc adsit, & damnum accidet
 extremum, & iactura periculosissima, & damno-
 sa mercatorum peregrinatio. Hoc quidem & in
 nobis ipsis ratiocinemur. Etenim & nos in Eccle-
 siam conuenimus, non ob hoc ipsum solum, ut hic
 immoremur, sed ut aliquod magnum lucrati, &
 spirituale lucrum discedamus. Si igitur inanes et
 nihil adepti abeamus, eadem condemnatio fit stu-
 dium ac si non fiat, & iactura accidit extrema.
 Abeuntes inter sese amici cum filijs patres,
 cum seruis domini meditati, cogitate & elabo-
 rate quo imperatum expediat is, ut postquam re-
 uersi fueritis, & de eisdem nos suadentes audie-
 ritis, non confundamini, mordente uos conscien-
 tia, sed gaudeatis & laetemini admonitiōis maio-
 rem uobis partem expletam cōspicientes. Hactē-
 nus propemodū Chrysostomus Homilia quinta.
 Præterea id ipsum prohibet Christus: Audi-
 stis, quia dictum est antiquis: Non periurabis,
 reddes autem domino iuramenta tua. Ego autem
 dico uobis: non iurare omnino, neque per coelum,
 quia thronus Dei est, neque per terram, quia sca-
 bellum est pedum eius: neque per Hierosolymam,
 quia ciuitas est magni regis. Neque per caput tu-
 um iuraueris, quia non potes unum capillum al-
 bum facere aut nigrum. Sit autem sermo uester,
 est est, non non: quod autem his abundantius est, a
 malo est. Hinc diuus Hieronymus super Mat-
 the-

Matt. 5
 Deut. 6.

VITANDO.

thæum, hanc per elementa iurandi pessimam, inquit, consuetudinem semper habuere Iudæi, sicut propheticus eos frequenter coarguit sermo. Qui iurat, aut ueneratur aut diligit eum per quem iurat. In lege præceptum est, ut non iuremus nisi per dominum Deum nostrum. Iudæi per angelos & urbem Hierusalem & templum & elementa iurantes, creaturas resq; carnales uenerabantur honore & obsequio Dei. Deniq; considera quòd hic saluator non per Deum iurare prohibuerit, sed per coelum & terram & Hierosolymam, & per caput tuum. Et hoc quasi paruulis fuerat lege concessum, ut quomodo uictimas immolabant Deo, ne eas idolis immolarent, sic & iurare permitterentur in Deum: non quòd rectè hoc facerent, sed quòd melius esset Deo exhibere q̄ demoniis. Euangelica autè ueritas non recipit iuramentum, cū omnis sermo fidelis pro iureiurando sit. Itè super Hier. 2. cap. Animaduertendum est, quòd iusiurandū habeat hos comites, ueritatem, iudiciū atq; iusticiā: si ista defuerint, nequaquā iuramentum erit, sed periuriū. His subscribit diuus Aug. in epistola ad Publicolā. In nouo test. dictum est, ne omnino iuremus, quod mihi propterea quidè esse dictū uidetur, nō quòd iurare peccatū est: sed quia periurare immane peccatū est, à quo lōgè nos esse uoluit: qui omnino ne iuremus cōmonuit. Adhæc Dominus in Leuiti. 5. Anima quæ iurauerit, &c. Itè Deu. 6. nō usurpabis, &c.

Deut. 6

Matth. 5

DE IVRA. VITANDO.

Eccle. 23. Iurationi non adsuescat, & cat. Diuina
 Paulum ad Heb. 6. & Iacobum 5. omitto. Ceterum,
 hisce omnibus præfatis authoritatibus non
 penitus iurare prohibuit dominus, aut Apostoli,
 sed occasionem periurij, quod perfectius est, eui-
 tare docuit. Cum nemo sit (Chrysoſto. teste) qui
 frequenter iurat: qui aliquando non periuret: si-
 cut qui consuevit multa loqui, aliquando loquitur
 importuna. Non est ergo contra præceptum Dei
 iuratio, quæ à malo non iurantis est: sed incre-
 duli, à quo iurare cogitur. Nam hinc intelligi-
 tur ita dominum prohibuisse à iureiurando: ut
 quantum in ipso est, quisque non iuret: quod multi
 faciunt, in ore habentes iurationem tanquam ma-
 gnum & suaue aliquid. Tuigitur malum non fa-
 cis, qui uteris bona iuratiõ: quæ & si non bona,
 tamen necessaria est, ut alteri persuadeas, quod
 utiliter persuades: sed à malo est illius, cuius in-
 firmitate iurare cogeris. Hactenus de iura-
 mento uitando satis esto, qui uelit, possit
 multo his plura adiungere. Ego
 hæc ut uacaturis alioqui pa-
 gellis necessaria, ita neq̃
 οὐδ' ἐν πρὸς ἑσως adj-
 cienda duxi.

M O LORIA.

CONFITEN *scrinia uiderunt, / nsa opinor, quorum / modestia praeclitus,*

SACERDOTE, *ia teneo, dum nobis / aristotelica praelege-*

vesaliensi aut, s uertendum sum-

Magna erit huius

ORNATISS *, uoluerit ne Ve-*

DENTISSIMOQVE *rr neminem Latine / is nescio quo malo*

manno à fossa, ecclesie Colicari non possunt.

tane à secretis & epistolis, c librorum thesau-

rum cultori, Ioannes fratulari possumus,

S. D, *epistola doctissimi*

nus. Itaq; tui mune



Abulant m & raram biblio

maticū ribus quotidie co-

os, apuc in eo cōtubernio

narū po uiuat. Libellus

mittere, ledisti imprimex-

tātisper reuis est, dignus

donec qibus superioribus

taretur it scriptus. Deus

gis precibus fatigasset, exora

set, hoc tantum quae sisse, quo

tus: certāt enim septem ciuita

ria poēta. Ridiculū sanè hoīe

lis, qua p hanc occasiōē mai

tua sagacitate

ua ē Gymna-

VI.

Con-

DE IVRSTOLA

Eccle. 23. Iurationi in re nec necessaria nec utilis
 Paulum ad Heb. 6. Equidem Tilmannus huma-
 rum, hisce omnibus a optari posse arbitraretur, ut
 penitus iurare prohis iuri incomparabilis anima
 sed occasionem perire indulgentia tantisper no-
 tare docuit. Cum nile libris quos moriens reliquit,
 frequenter iurat: quæ. Nam cum te & alias sæpè
 cut qui consuevit m^o præstantissimi iuri dolere
 importuna. Non est aximè id perspexi domi tue
 iuratio, quæ à malefario, uiro literis, moribus
 duli, à quo iurare ca uenerando, dum inter reli-
 tur ita dominum p^osas esse diceres eam, quæ non
 quantum in ipso est m ad publicum dolorem stu-
 faciunt, in ore habe quòd scilicet libri quos nul-
 gnium & suaue alie, eo mortuo nusquam sunt re-
 cis, qui uteris bona m fuisse dicitur, & certe quò-
 tamen necessaria erusi summa diligentia & iudi-
 utiliter persuades: epit: cuius rei sunt testes li-
 firmitate iurari quodam per familiam serua-
 mento uitando pore lusit, non quidè in id ut
 multo his p, qualis ille in decalogum, quæ
 hæc ut u^ominus Reinardus Comes à
 gellis hui: & hic de confessione libel
 ou, b interitu uindicatus. quæ o-
 r institutum emissionis aut sui
 oria gratia solum scripta nò
 er doctorum manus eant: ea
 ripsit, summa cura ac magnis
 se, minimè obscurum est. Ho-
 rum

NVNCPATORIA.

rum librorum sunt qui plena serinia uiderunt,
 quæq; & tibi aliquando ostensa opinor, quorum
 éditionem, ut erat singulari modestia præditus,
 præcipitare nolebat. Memoria teneo, dum nobis
 adolescentibus in scholis Aristotelica prælege-
 ret, eum Homeri utrunq; opus uertendum sum-
 pisse uersibus hexametris. Magna erit huius
 operis apud doctos expectatio, uoluerit ne Ve-
 saliensis lingua qui huc usq; per neminem Latine
 loqui uoluit. Ist hæc cum reliquis nescio quo malo
 fato ex umbris in lucem reuocari non possunt.
 Utinam optime Tilmanne hunc librorum thesau-
 rum aliquãdo repertum tibi gratulari possimus,
 & meliore occasione longiore epistola doctissimi
 hominis uirtutem uehere possimus. Itaq; tui mune-
 ris erit qui insignem illam tuam & raram biblio-
 thecam optimis quibusq; authoribus quotidie co-
 piose reddere nõ cessas, ut in eo cõtubernio
 integre Arnoldus aliquando uiuat. Libellus
 hic quem Melchiori nostro dedisti imprimen-
 dum de Confiteendo, & si per breuis est, dignus
 tamen, & meo iudicio, qui duobus superioribus
 adijciatur, etiam si in hoc non sit scriptus. Deus
 uelit ut aliquãdo iustum opus tua sagacitate
 in lucem exeat. Vale. Colonia è Gymna-

sio nostro M. XXXVI.

Mense Augu-
 sto.

Con-

CONFITEOR PRI- mò cogitatione.



Cogitavi quomodo scilicet ex-
plerem carnis delicias, & uo-
luptates cum innupta uirgi-
ne, cum muliere, matrimonio
deuincta, cū puella Deo con-
secrata.

Cogitavi qualiter magnos honores conseque-
rer, siue dolis & imposturis, siue donis & mun-
eribus, siue precibus & ambitione.

Cogitavi qua ratione diuitias & ingentes the-
sauros cumularē: interim fraudatis pauperibus,
& emuncta subditorum substantia.

Cogitavi etiam quo pacto illatam mihi inu-
riam ulciscerer & retaliarem: uel lesa proximi
fama, uel interceptis bonis temporalibus, uel ad-
empta presentī uita.

Secundò locutione.

Loquutus sum ea quæ scurram magis decent
quàm grauem uirum.

Locutus sum ea quibus castæ aures offende-
bantur, & pudicæ mentes periculosissis sæpè cogi-
tationibus implicabantur.

Locutus sum quæ & me & alios in carnis pe-
tulantiam titillationemq; excitauit.

Locutus sum quæ proximum meum sæpè in
iram

ARNOL. VESALIEN.

iram prouocarunt: sapè ad inanem gloriam erexerunt: sapè protraxerunt in odium & inuidiam: sapè demerserunt in scandalum: & alia id genus conscientia discrimina.

Tertiò operatione quinque sensuum.

PER uisum & auditum libidinis ardorem admisi.

Per gustum & tactum gula & crapula purorem excepi.

Per olfactum omne delicata teneritatis uicium amplexatus sum.

Septem peccatorum mortalium.

EX superbia contempsi & derisi nunc superiorem & praelatum, nunc inferiorem & subiectum, nunc aequalem & consocium, ac memet ipsum extuli & commendau.

Ex gula assiduis commestationibus & ebrietatibus me commaculau.

Ex auaricia spem in thesauris pecunia collocau, & ijs qui mihi seruiuerant, mercedem non exolui.

Ex ira inuidiam quam animo concepi, quandoq; amarulentis uerbis, quandoq; diris uerberibus uindicau.

Ex inuidia fortunam & successus proximi iniquo

MODVS CONFITEN.

Iniquo animo tuli, & famã nũc tacitis obloquijs,
nunc apertis conuicijs & probris lacerati.

Ex luxuria in libidinis & fornicationis opus
exarsi.

Ex accidia tandem ab horarum (quas Cano-
nicas uocant) atque uigiliarum, & commendatio-
num lectione sæpenumero abstinui: & ab omni
opere bono penitus me retraxi.

Quartò omissione decem
præceptorum.

IN præscriptis fidei & catholica Ecclesia
nomnunquam hæsitau.

Rem sordidam & uilem, quin etiam falsam,
ementitanq; diuini nominis inuocato testimonio
confirmau.

Dies festos orationibus & spiritualibus ope-
ribus non honorau.

Parentes meos, uiuos quidem despexi, & mor-
tuos sum oblitus.

Proximis meis, uitam auferre gladio, tempo-
raria bona furto, famam falso testimonio, uxorem
adulterio, paratus fui.

Septem sacramen-
torum.

Candorem fidei in baptismo susceptum non
seruau: sed somniorum coniecturibus, ma-
gis, sagis, superstitionis artium doctoribus
fidem

ARNOL. VESALIEN.

fidem adhibui.

Ordinem sacrum, exemplo bonæ uitæ, & studio sacræ scripturæ non decorauit.

Peccatorum meorum sedulam contritionem, puram confessionem, & promptam satisfactionem non habui: sed ut confessionem distuli: ita quoque poenitentiam mihi iniunctam fastidienter impleui.

Operum misericordiarum.

E Genos & pauperes cibo potuq; non refeci. Infirmos humano solatio destitutos non uisitauit.

Captiuos in carcerem & uincula iniuste detrusos, non redemi.

Aduenas & peregrinos aliena ope indigentes, in hospitium non excepi.

Nudos & pannosos non uestiui.

Errantes in fide, non admonui, non correxi.

Iniuriam ex animo non remisi, sed iterum atque iterum mecum tacitus reputauit.

Inimicorum perditionem & mortem expectij.

Consilio meo (quando opus erat) Reipublicæ, aut etiam privato homini non profui.

Aliud quandoq; consilium ore protuli, aliud mente complectebat.

Con-

CONCLUSIO.



B HAEC IGITUR
peccata, & quaecumq; iam mihi nõ
occurrunt, & quæ si occurrerent
libens admodum confiterer, quo-
cunque modo à me peccata sunt, siue solo, siue
cum alijs, siue noctu, siue inter diu, siue uigilanti,
siue dormienti, siue sacro, siue prophano loco, si-
ue festis diebus, siue operosis, siue cum quibuslibet
circumstantijs, dico meam culpam, & peto à te pa-
tre meo spiritali, & CHRISTI mi-
nistro salutarem poenitentiam. Ideo
precor gloriosissimam Dei ge-
nitricem uirginem Mariam,
& cætera.

CON-

CONFES-
SIO CVIVSDAM
VIRI SANCTI.



Confiteor tibi domine pater
caeli & terra, tibiq; bo-
ne et benignissime Iesu, una
cu sancto spiritu, coram san-
ctis angelis tuis, & san-
ctis tuis, & cora hoc alta-
ri & sacerdote tuo: quia in
peccatis conceptus, & in peccatis natus, & in
peccatis nutritus, & in peccatis post bap-
tisma usq; ad hac hora sum conuersatus. Confiteor etiã,
quia peccavi nimis in superbia, in inani gloria, in
extollentia tã oculorũ q; uestium: & oĩm actũ
meorũ, in inuidia, in odio, in auaricia, tã honoris
q; pecuniã, in ira, in tristitia, in acedia, in uentris
ingluuie, in luxuria Sodomitica, in sacrilegijs, in
periurijs, in adulterijs, in furtis, in rapinis, in om-
ni genere fornicationis, in immunditijs turpissi-
mis, in ebrietatibus, in cõmestationibus, in fabulis
ociosis, in luxurijs, in osculis & amplexibus im-
mundis, in fœmoribus & genitalibus meis, in ho-
micidijs animo optatis, in fide, spe & charitate,
in accipiẽdo corpore & sanguine domini semper
indignẽ, in exhortationibus & adulationibus ma-
lignis,

H

MODVS CONFITEN.

lignis, in ignorantia, in negligentia, in surreptio-
 ribus, in dandis & accipiendis numeribus, in usuri-
 ris faciendis, in praelationibus, in dispensatis ma-
 le rebus ecclesiasticis, in subtractis elemosynis,
 in pauperibus exasperatis, in hospitalitatibus, &
 receptationibus pauperum, in despectione propin-
 quorū, in oppressione pauperū, in afflictione fami-
 liae mihi commissae, non uisitando infirmos secun-
 dum Euangelicum praeceptum, & in carcere po-
 sitos, non sepeliendo mortuos, non uestiendo pau-
 peres, nō recreando esurientes, non potando si-
 tientes: solennitatibus sanctorum, & dominicis
 ac festis diebus debitum honorem & celebratio-
 nem non impendendo: nec sobriè ac castè in his ui-
 uendo: consentiendo sciuori in malo, nō adiuuan-
 do apud illum, & solando indigentes, nocendo po-
 tius quàm adiuuando petentes: senioribus & ma-
 gistris ac principibus detrahendo, & blasphemian-
 do: amicis & benefactoribus meis fidem & debi-
 ta obsequia non rependendo: animalium & pecu-
 dum concubitus conscientia immunda intruen-
 do: in Ecclesiam domini superbè intrando, stan-
 do, sedendo, iacendo & egrediendo, ac ociosis sa-
 bulis, & sceleratis actibus, turpibusq; collo-
 quijs in ea cum alijs insistendo: uasa sancta &
 ministerium sanctum polluto corde, & manibus
 immundis tangendo, orationem & psalmodiam,
 atque officium diuinum negligentè in Ecclesia
 Dei faciendo, in cogitationibus pessimis, in me-
 dita-

SANCTI VIRI.

dirationibus peruersis, in suspicionibus falsis, in
 iudicijs temerarijs, in consensu malo & consilio
 iniquo, in concupiscentia & delectatione immun-
 da: in uerbis ociosis, superfluis, luxuriosis, atque
 contumeliosis: in mendacijs, in falsitatibus, in iu-
 ramentis multimodis & diuersis: in detractio-
 nibus asiduis, in rixis ac discordijs seminatis, in ir-
 risionibus, in ociositate, in contentione, in dolest-
 tate, in malignitate, in susurrationibus, in inani
 leticia. In omni malo linguae, in murmurationi-
 bus, in blasphemijs, in scurrilitatibus, in cachin-
 nis, in somnolentijs, in maledictis, in conuicijs, in
 turpilogijs, in insultationibus, in uigilijs Deo
 contrarijs, in simulatione, in concupiscentijs car-
 nalibus, in cogitationibus luxuriosis, in delecta-
 tionibus immundis, in consensu diaboli, & trans-
 gressione praeceptorum domini, in negligentia
 propositi mei, in dilectione domini & proximi. In
 uisu, auditu, gustu, odoratu, & tactu luxurio-
 so & immundo, & omnimodis, cogitatione, locu-
 tione, uoluntate, actione, perditus sum. Quoniam
 in his & in alijs omnibus uicijs quibuscunq; huma-
 na fragilitas contra dominum & creatorem su-
 um, aut cogitando aut loquendo, aut operan-
 do, aut delectando, aut concupiscendo peccare
 potest, me peccasse, & reum in conspectu domi-
 ni super omnes homines esse cognosco, & confi-
 teor. Ideo supplico uobis omnes sancti angeli do-
 mini, & omnes sancti, & te uenerande sacerdos,

MODVS CONFITEN.

in quorum conspectu haec omnia confessus sum, ut testes mihi sitis in die iudicij, contra diabolum, hostem & inimicum humani generis haec omnia me confessum fuisse. Obnixè etiam te sacerdos domini exposco, ut intercedas pro me, & pro peccatis meis ad dominum Deum meum, quatenus de his, & de alijs omnibus sceleribus meis ueniam & indulgentiam per merita & intercessionem omnium sanctorum adsequi merear.

Tunc dicit sacerdos.

Misereatur tui omnipotens Deus, & dimittat tibi omnia peccata tua, liberet te ab omni malo, cõseruet te in omni bono, & perducat nos pariter ad uitam aeternam. Ab omni malo custodiat nos dominus, Amen.

Præcauendum est tamen sacerdoti, de supra dictis uicijs, ut ei exhortationis gratia ad memoriam reducat, ne quid aduersante diabolo occultum remaneat. Quo facto, fixis genibus in terra, & super ipsa innixus stans, suppliciter tensis manibus, blando ac flebili uultu respiciens sacerdotem, dicat his uerbis:

Multa quidem & innumerabilia sunt alia peccata mea, quæ recordari nequeo. In factis, in dictis, in cogitationibus: pro quibus omnibus miseram mens mea compungitur, & acriter interdum poeni-

MODVS CONFITEN.

poenitentia cruciatur.

Ideo consilium, imò iudicium tuum, qui se-
quester ac medius inter Dominum & peccato-
rem ordinatus es hominem, supplex deprecor, &
ut pro eisdem peccatis meis intercessor existas,
humiliter imploro.

F I N I S.

Domine ne in furore. Psal. 6.

ARGVMENTVM.

Quales abripiant adfectus corda piorum
Cum subeunt iucium, lex, metus, ira Dei:
Quanta malos maneant mala, q̄; laeta oīa iustos
Pinxerit hac meliùs nulla tabella tibi.

PSALM.

O Deus immensi fabricator maxime mūdi,
Qui sine principio, qui sine fine manes.
Ad te confugio, & supplex tua numina posco:
Da pater has aliquod pōdus habere preces.
Ne, rogo, me, quanq̄; est iusti tibi causa furoris,
Argue dum scuis, dum grauis ira tua est.
Ne' ue licet meritum tormenta nouissima puni,
Dum tuus in cursu est, & mouet arma furor.
Quin potius miserere animæ peccasse fatentis,
Quæ iacet, & requiem nō habet ægra suam.
Cuius in exhausto nihil est in corpore sanum,
Languidaq̄; attonitus contudit ossa pauor.

H 3 Te

PSALMV S.

Te sine non aliquod medicabile uulnus habenti,
 Te precor huic anima, quod potes esse uelis.
 Quae nunc ipsa suam deflet collapsa ruina,
 Heu quanti exilium temporis illuderit?
 Respice me placidoq; iterum conuertere uultu,
 Et mea placata uincula solue manu.
 Indigna fer opem presso grauitate malorum,
 Nomen inexhausta quod pietatis habes.
 Nam tua nec memorant uitali lumine casti
 Facta, nec inferna te colit aula domus.
 Anxia continuo rumpebam pectora questu,
 Nec lachrymas oculi continuere mei.
 Fletibus udamadent totas mihi stragula noctes,
 Et meus assiduo lectulus imbre fluit.
 In gemitu & lachrymis facies mea tabida facta
 Totq; suis curis obruta consenuit. ^{est,}
 Me labor arumnaq; graues sine fine fatigant,
 Et nulla miserum parte ualere sinunt.
 Ite procul fugitote meos turba impia uultus,
 Audiat enim uorisq; fauet pius ille rogantis,
 Nec sinit auditas non ualuisse preces.
 Foeda meos propeze confusio subruet hostes,
 Et timor auersos acceleratus aget.

PSALMV S.

Psalmus LI.

Miserere mei Deus.

ARGVMENTVM.

Quæ sit origo mali, quæ uis, quæ damna parenti
intulerint stulta poma resecta manu.
Ad ueniã reditus pateat quis & unde paretur,
Pectoris hîc pura simplicitate docet.

PSALMV S.

Summe pater, qui sceptrâ tenes altissima rerũ,
Cuius & hoc tantũ dextera claudit opus:
Cuius magna preces clementia nullius unquam
Reppulit, haud falsa uoce rogantis opem:
Respice me nimia peccati mole grauatum,
Mole, sed immensum pondus habente premi.
Et nunc illa tuæ subeat miseratio menti,
Qua tibi fidentes sæpè leuare soles.
Nunc opus esse tuum misereri quæso memento,
Quando hîc, heu nimiti, quod misereris habes.
Nam miser agnosco patrata crimina culpa,
Quæ cruciant animum nocte dieq; meum.
Quicquid id est, tibi peccatum est mitissime soli:
Abpudet, & certè quale sit ipse uides.
Cur ego sustinui tales offendere uultus?
Qualibus est uerum mitius esse nihil.
Cur tua non ueritus præsentia numina? cur te
Peccator toties aspiciente fui?
Scilicet ut constet, uel iniquo iudice, uerum
Quicquid adhuc usquã lingua locata tua est.

P S A L M V S.

Ut uincas quicumq; in se confidet, & audeat
 Te uelut inuenta lite mouere reum.
 Nam peruersa hominum ratio te iudicat, & se
 Damnanda macula credit habere nihil.
 Ergo age se miserū miserere fatentis, & agrū,
 Quos nisi tu, morbis nemo leuare queat.
 Namq; quid addubites? totū me facta malorum
 Vita relegatum corporis huius habet.
 Nec nouus hic dolor est primū hoc mihi uirus ad
 Tēpore quo matris iā rude pōdus erā. (hæsit,
 Vsq; adeo nihil est in me quod dicere possis
 Natura uicium non rapuisse mea.
 Sed quia tu uerax, quia ueri es amator & equi,
 Illius & merito nomen & huius habes.
 Nota mihi pietate tua sapientia facta est,
 Abdita quæ semper corda superba latet.
 Me pater hyssopi si dulci asperseris herba,
 Sicut lustrali flumine mundus ero.
 Lauaris heu nimia foedam putredine mentem,
 Iam mihi qui certet cum niue candor erit.
 Quod si forte meas dignabere uocibus aures,
 Delicias animi quæ peperisse queant.
 Iam contrita nouo reparaueris ossa uigore,
 Nullus in hoc iterum pectore languor erit.
 Nunc auerte tuos illos, quibus omnia, uultus
 Cernis, & aut recreas, aut uelut igne quatit.
 Nunc illos auerte precor, ne crimina cernant,
 Ne uideant animæ uulnera tanta mea.
 Interea refouens mea uulnera, dele quod in me

P S A L M V S.

Congestum sceleris perfidus hostis habet.
 Mortifera immundi contagia pectoris aufer,
 Et pueri dotes cordis habere iube.
 Rectus in hoc habitet mihi corpore spiritus, illū,
 Tu pater à ueteri conditione noua.
 Heu mihi si facie miserum auersante repellas,
 Nec liceat uultus ante stetisse tuos.
 Quod te ne facias per te precor, altera non est,
 Quæ faciat nostras causa ualere preces.
 Sed neq; me fugiat fotor tuus ille bonorum,
 Qui nisi cum sanctis spiritus esse nequit.
 Quo sine nulla salus animæ sua crimina fassa,
 Quo si destituar munere, nullus ero.
 Eia age, securæ ne subtrahæ gaudia mentis,
 Saluificumq; tuæ redde salutis opus.
 Spiritus adsit agens & liber in omnia mecum,
 Hoc me perpetuum robur habere sine.
 Hoc doctore uias per mesciat impius omneis,
 Per quas iusticiæ est summa petenda tuæ.
 Tunc sua peccator noscens malefacta superbus,
 A te nunc humili uoce rogabit opem.
 O mihi qui solus Deus es saluator, & idem
 In manibus nostræ iura salutis habes:
 Erue me merita de poena mortis, & ultra
 Sanguinis effusine reus esse ferar.
 Sic mea iusticiamq; tuam laudesq; sonabit,
 Quamuis nulla satis lingua referre queat.
 Tu dabis eloquio uenam meliore fluentem,
 Laxato grauius tu dabis ore loqui.

P S A L M V S.

Vt tua per cunctas praeconia dicere gentes,
 Vt possim laudis nuncius esse tuae.
 Nam neq; thure dato positas placaris ad aras,
 Victima nec structo te mouet ulla rogo.
 Te tamen hoc ipso ueneratus honore fuissem,
 Si uelles ista religione coli.
 Nunc tibi nulla magis cordi sunt sacra, nec ulli
 Gratius est anima se cruciante sacrum.
 Nec tu despicias adflieti munera cordis,
 Commoda quod sine te nulla quietis habet.
 Nunc age syderet summo de uertice caeli,
 Placata miseram fronte Siona uide.
 Vt laceras iterum Solymas sua moenia cingant,
 Nec tibi delecta concidat urbis honor.
 Tunc tibi sacra pio pro munere iusta dabuntur,
 Quae tu sola probas, quae tibi sola placent.
 Tunc tibi gaudebunt pingues holocausta per aras,
 Et utulos templis imposuisse tuis.

PSALMVS.

Psalmus CXIX.

Ad dominum cum tribularer, clamaui, &c. παραφρασικῶς redditus.

Clamaui ad dominum in acerore oppressus acerbo,

Audiuit uocem protinus ille meam.

Estq; meam à labijs animam tutatus iniquis,

Ne noceat tacito callida lingua dolo.

Improbis nihil est lingua, peius ue dolosa,

Nil ad eam remedi, quod tibi detur, erit.

Carbones rapidos, uibrataq; tela potenter

Ictibus illa potest equiparare suis.

Hei mihi qui fuerim sic incola tempore longo,

Iuuissas anima uix tolerante moras.

Cum male moratis, et cum discordibus egi,

Quas odiosa bonæ munia pacis erant.

Mitia pacificus cum illis plerunq; loquebar,

Qui se consilijs opposuere meis.

ORATIO DOMINICA.

O Pater in caelis, pater optime maxime
noster,

- 1 Sanctificum nomen fac sit ubiq; tuum.
 - 2 Utq; tuum ueniat regnum. Tua iusta uoluntas
 - 3 Fiat ut in terra, ceu fit in arce poli.
 - 4 Et nostrum nobis hodie da quotidieq;
Sufficiens panem de locuplete penu.
 - 5 Da ueniam nobis & debita tota remitte,
Nos quoq; donamus debita tota reus.
 - 6 Tentatura datam discrimina pelle salutem,
Neu nos adduci in certa pericla sinas.
 - 7 Sed quoties nobis malus insidiabitur hostis,
Eripe nos toties & malo ab hoste semel.
- Solus enim regnas, solus pates omnia, soli
Gloria debetur cuncta per aua tibi.

SYMBOLVM
Apostolorum.

I

Credo pia in nostrā ratiōe Deūq; patremq;
Omnia quem statuo numine posse suo.
Qui nitidis stellis clarum fabricauit olympum,
Cuius & est uerbo terra creata pio.

2 Credo quoq; in Christū simili pietate colēdū,
Unicus est nostri filius ille Dei.
Omnis huic patrij est subiecta potentia regni,
Qua regit arbitrio cuncta creata suo.
Pene

SYMB. APOSTOL.

- 3 Penè fide maius fuerat conceptus in alio
 Virginis afflatu nimiris ille sacro.
 Post modo conceptum peperit purissima uirgo,
 Quæ Maria est certè nomine dicta suo.
 4 Quiq; fuit passus sub iniquo multa Pilato,
 Præsidi Iudæi Casareo populi.
 Affixusq; Cruci miseranda morte necatus,
 Morte Palestina deinde sepultus humo.
 5 Interea iudex ad tartara cæca recessit,
 Ius adimens nigris imperiumq; Deis.
 Terq; ubi præbuerat mundo sua lumina Titan,
 Surrexit proprijs uiribus ille suis.
 6 Stelligeras scanditq; domos ubi cuncta potentis
 Proximus ad dextrã nunc sedet usq; patris.
 7 Inde redibit, ut et uiuos uitaq; carentes
 Iudicet, et toto quæ sit in orbe fides.
 8 Inq; Dei flatum credo, spirabile numen,
 Cuius agunt uitam flamine cuncta suam.
 9 Confiteor sanctos homines, coetumq; piorum,
 In quibus est ueri cultus amorq; Dei.
 Quos quod habent Iesu coïa dogmata Christi,
 Communi dicas nomine Christicolas.
 10 Omnia per Christum fateor peccata remitti
 Omnibus his, quibus est indubitata fides.
 11 Credo q; hæc olim rurs; caro nostra resurget
 12 Quodq; procul dubio uita perennis erit.

DECALOGVS.

DECALOGVS.

1 **V**NI crede Deo, solus qui cuncta guber-
nat,

2 Hunc solum redames, Nec simulachra colas.

3 Ne sis blasphemus, temerè nec lingua per ipsum

4 iuret. Cuncta Dei Sabbata sanctifices.

5 Et patrem & matrè merito digneris honore.

6.7 Nō sis occisor. Non quoq; mœchus eris.

8.9 Nec furtum facies. Nec quicq; dixeris unq;
Falsi, sic procul hinc fucus ab ore tuo.

10 Atq; rei cupidus nunquam fueris aliena,
Et tuus in quod ius proximus omnis habet.

SVMMA TOTIVS LEGIS DE

dilectione dei & proximi.

Verus amor Christi uera est custodia legis
Ipsunq; ex toto pectore amare Deū.

Atq; eadem cunctis summo prestare fauore,
Ex animo fieri quæ cupit ipse sibi.

Hæc legis summa est, Hoc ius dixere Prophetæ,
Hæc sunt iudicij bina statuta Dei.

Vnde istis geminis uirtutum qui caret alis,
Cœlorum ad regnum non habet unde nolet.


Hûc tamen effectum non lex, sed gratia cõfert,
Quodq; iubet legis litera, uelle facit.

Ergo dignatus placido me respice uultu,
O Deus & mentis suscipe uota meæ.

Flamine meq; tuo quaeso perfunde beato,
Ne legis mihi pars excidat ulla tuæ.

Vtq; uolens tua uerba sequar, complectar, amēq;
Deliciæ cordis sint tua iussa mei.

F I N I S.



Handwritten text on the left edge of the page, possibly a page number or marginal note, including the characters "101" and "102".